


Faint, illegible text on the left page of an open book, showing signs of aging and water damage.



Faint, illegible text on the right page of an open book, featuring a red decorative stamp or seal on the left side.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a title or header.

Main body of faint, illegible text on the left side of the page.



Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly a footer or concluding text.

Manuel Boreum ad usum.

OPUSCVLVM PRAECLARE BEATI THOMAE AQUINATIS. Quod de esse & essentiis tum realibus tum intentionalibus inscribitur. Cuius emendatissima instauratio ad iustantiã generosi uiri Francisci bollani: olim clarissimi candiani oratoris ac patricii Veneti: qui in utraq; sapientia profunde scripsit: per celeberrimũ ludouicũ rigium decore uariarũ sciẽtiarũ ornatũ confecta est foeliciter incipit.

At primũ eiusdẽ lodouici in libellũ prohœmiũ & argumẽtũ.



Vm mhi in manibus opus cõpendii breuissimi beati Thomæ de aqno de eẽntiis mirabilis demõstrationis puenisset fragmentatũ cõfusũ ob ignauia hominũ obstupui: Cũ hiis tẽporibus opera q̃ plura inferioris luis emendata sint in ornatissimis fucinis uenetis (ut ita dixerĩ) ad utilitatẽ studẽtiũ & ad illustratõnẽ auctore p̃teritorẽ: siue ad iuouationem luminis eorũ laborẽ: ac ut nõ pereant opera damno maximo philosophantiũ. Igitur mirandum ne est cũ tot uiri peritissimi suã religionis sint q̃ amore sciaẽ quotidie tra-

ctãt hãc sanctissimi uiri in albo ducere in oĩq; minima parte ampliãre queritant: q̃ nullus eorũ opus tam mirabile in lucem adduxerit reintegrauerit ue uel errata ab ignauia scriptore emẽdauerit: Et si nõ artificio impressore ad minus calamo hoc exegerit suo: Qua de re quãq; ego ipse parum me esse iudicem Tamen ob reuerentiã sanctissimi doctoris Deinde fili mi ob impulsũ tui: atq; ob amorẽ uirore bonore uiuẽtiũ absq; liuoris errore & ad utilitatẽ querentiũ non uerba sciẽtiarũ Sed in re Charpos rerum profundissimare opus fragmentatũ corruptũ ue ad esse prius reducere adorsus sum: labor enim erit (Sed nihil difficile uolenti) Tu uero librũ emendatũ perlege & si quid erroris erit non auctorem supremum me uero inficias: Cum tamen derelicta deleta ac deturpata difficillimum sit emẽdare: Verũ cum opus ad pristina habueris formam redactũ pondus tuum erit ad eum incudendũ: Sufficiens est hic paruus libellus succurere Ingeniis multorũ a longe deuagantium Verbis quidem a centro distantibus sapientiaẽ: Audito itaq; ipsum met iam loquentem.

Vale.

Liber primus beati Thomae aquinatis de esse & essentia reali incipit.
Tractatus primus uel diuisio prima De dispositiōe intētiōis Caplm. i.

Inclito principi primogenito Regis Hierusalem & Ceciliae Ducis
Calabriae ac regni uicario generali Thomas ordinis predicatorum frater
domino suo felici. S. P. D.



Causa prima altitudine incōprehensibi
li oīa regens ordinauē nō inferiora
tantū scilicet corpora: uerū magis intel
ligētias oēs caelestes: & illas quae in cor
poribus ad esse humanitatis intellecti
ua cōiunctae sunt disponit: ut corpore
cōplexiones ad ordinē hierarchicū cō
uertant: hocq; in albo magis: nam cū
gradus uirtutis seu potentiae uel nobili
tatis influxerit in hominibus nō solū
potentiae: sed uirtutis quoq; subsistētia
gradus constituit: porro reperiunt in
his quidā ignorantes: quidā uero sciētes: ac quidā qui quae sciunt sapiūt
Voluit sic deniq; ipsa causa prima deus optimū quid istoz tam ad esse
corporis q̄ in qualitatibus animae serenitatis tuae: dono suo altissimo
cōstituire. & potissime in morali & naturali scientia. atq; magis in the
ologia suprema. taliter ut sapiētior inter principes mundi iudicatus sis
(facile autē conscientia recta indigens nihil uerū iudicat) Itaq; librū hūc
de essētis scribere constitui. nominiq; tuo dedicare. Condignum enim
& ad studendū & ad emendandū fuit ut in manibus tuis perueniret cū
sit maxime q̄ partes nouē philosophiae naturalis & illa q̄ latini utunt
in libris Aristotelis sit uilior. tum quia male trāsducta est & imperfecte
tū quia ut dicit Auicēna in libro sufficiētiae ultra philosophiam quam
philosophi uulgo scribebant alias ueritates secretas & per experimenta
sensibilia approbatas habebant. quas nullo modo uulgo philosophā
tium ostendebāt. quia haec sciētia de essentiis super omnes sciētias nouē
naturales conuenienter obtinet principatū. post eamq; est sciētia de in
fluentis essentiarum de qua iam aliquid tractaui: sed quia haec sciētia est
difficillima & una cū sciētia de influentiis essentiae quasi ipsis sapiēti
bus ignota: licet multi tractatus multaq; opiniones ueritatē minime cō
tinentes de essentiis a uulgo philosophātū abscondant tanquā tenente

aliquē nobile thesaurū per quē possint ad culmen sapientiæ peruenire: ad ueritatesq; creaturarū: necnō ad earū naturas & effectus (quod nec mirū quidē: nā sciētia multitudinē cōtinēt ueritatū) Poterit hō p hęc nihilominus has ueritates scientiæ cōspicere: & ad maximas sapien-
tias peruenire: ac uarietates creaturarū: necnō naturas & effectus earū quadā irradiatione nō opinatiua sed scientiali & uera mirifice preui-
dere. Sciensq; propterea ingenii tui acuitatē difficultati huius scientiæ comparari: ad te hunc librū nō solū consideratione assidua: uerū etiam in multis locis experimēto laborioso uero & sensibili approbatū desti-
no: corrigendū. Nam nihil tam perfectū, sub cælo: quin possit in melius emendari: maxime cū in hoc libro tractentur quædā uera quæ uulgo phi-
losophantiū inusitata & extranea uidebuntur: Supplicās humiliter atq; rogans: ut cū habita uictoria de ecclesiæ sanctæ perfidis & inimicis pro qua uiriliter & strenue: ac fideliter dimicas & laboras: hunc librum sæ-
pius in mei ac rerū digneris memoria lectitare.

Hic autē liber de essentiis intitulatus: duos cōtinet libros principales quorū primus est de essentiis realibus: secūsus de intentionalibus: pri-
mus quidē nouē cōtinet tractatus qui sunt capitula subalterna propter ueritatū multitudinem. Primus est de essentia creatoris & esse. Secūsus creaturarū in generali. Tertus de esse & essentia & subsistentia. Quar-
tus de esse & eēntia corporū supercælestiū. Quintus elemētōrū. Sextus mineraliū. Septimus plantarū. Octauus animalū. Nonus de esse & essentia accidentium.

De essentia creatoris uel cause prime rerū creatarū. Caplm secūdū.

Quoniam diuina potentia est omnipotentia: ideo oportet subsistentiā ostendi esse infinitā: & per cōsequens indiffi-
nibile. Quid ergo sit diuina essentia ignoro: sed scio qd sit supra omne ens. Vnde in libro de causis prima rerum enim creatarū esse est. Deus ergo nō est esse: sed super oē esse: nō essentia: sed supra essentiam: nō substantia: sed supra substantiā. Nullū enī predicamentorū potest de eo proprie predica-
ri. Sed per abnegationē enī potest eius natura aliquāliter cōprehēdi: li-
cet tñ quātū ad nostrū intelligendi modū attribuamus ei esse & essen-
tiā: unde quod i creaturis est essentia: illud in deo loco essentia uocetur eēntia: & loco esse uocetur esse. Sed possumus tñ alio modo loqui qd du-
plex est essentia & duplex esse: utputa creatū & increatū. Dicimus ergo qd esse creatū uel eēntia nō dicitur proprie esse uel eēntia sed sunt similitudo

diuini esse & essentia. ut secūdu primū loquamur uocaliter: secundum
ultimū uero realiter: In deo aut non reperitur nisi unū esse absolutum
scilicet essentia & actus: Essentia enim eius ita est perfecta q̄ ipsa de sui
natura continet existentiam & actum: immo ipse est sua existentia &
suis actus: huius autem ratio est quia secundum q̄ patebit existentia &
actus sunt in aliquo per adminiculum alterius & quia essentia illius nō
est adeo perfecta ut in se contineat essentiam & actū: ideo indiget adiu/
torio alterius. ut deducant eam ad hoc. Essentia aut diuina cum sit per/
fectissima non indiget adiutorio alicuius quia iam illud esse supra eum
& sic esset processus in infinitum in deum: propter quod necesse est q̄
ipse sit sua essentia & suus actus nec sit aliqua differentia realis inter hoc
nisi forte secūdu modū nostrū intelligēdi: Et licet i deo nō reperiatur nisi
unū esse absolutū scilicet existentia & essentia siue esse In isto tñ esse repe/
riūt de necessitate tria esse respectiua a se realiter distincta: Quia ex quo i
deo est essentia: essentia aut tria ip̄portat ut sit eētia scilicet essensificans
essensificabile & essensificatū: sicut homo homificans homificabile &
homificatū aliter non esset homo: & in substantia similiter & in cor/
pore & in omnibus aliis oportet q̄ in deo sint tres rationes essētia rea/
les: Essensificans ergo cum dicat modum agentis includit in se quādam
potentiam essensificandi per quam est diuersum ab essensificabili & es/
sensificato: Similiter essensificabile dicit rationem quandam diuersam
ab essensificante & ab essensificato per quam ab uno recipit & una cū
illo essensificatum constituit: Similiter essensificatum habet quandam
rationem diuersam ab aliis in quantum ab eis constituitur & ipsa non
ab ipso. Vnde subtiliter inuestigando hanc rationem reperitur in deo
potentia quia essensificans: sapientia quia essensificabile: amor quia eēn/
sificatum: A potentia enim procedit sapientia sicut essensificabile ab
essensificante: a potentia & sapientia procedit amor sicut essensificatū
ab essensificante & essensificabili: & ideo potentia habet se per mo/
dum patris sapientia per modum filii: amor a potentia & sapientia spi/
rat: sicut enim filius procedit a patre ita sapientia a potestate & non
econuerso: Et sicut a patre & filio generatur amor quo se diligunt
sic a potestate & sapientia generatur amoris spiritus: propter quod de
necessitate in deo ponimus tria esse relatiua sub eodē esse absoluto: Nec
est instantia q̄ in deo reperiuntur attributa multa: utpote aternitas: bo/
nitas: ueritas. &c. Et q̄ propter hoc non reperiuntur esse diuersa: quia

omnia hæc attributa idem sunt in eo omnino: & in quolibet istorum est triplex respectus sicut in æternitate: æternificans: æternificabile: & æternificatum. Vnde sicut æternitas non differt ab essentia diuina: nec ueritas &c. Sic nec æternificans uel uerificans: & sic de aliis: non differunt aliquo modo ab essenfificante: nec æternificabile uel uerificabile: ab essenfificabili: nec eteruificatum uel uerificatum &c. ab essenfificato: propter quantumcunq; sint in deo multa attributa: non propter hoc plurificabuntur esse respectiua: sed solum in deo erit esse unum absolutum & tria esse relatiua. Et realiter non absolute differetia.

De demonstratiõe humanitatis diuini in ueritate suppositi & essenfificantis huius prime diuisionis Capitulum tertium



Sed quia mundus erat amissus per peccatum ex diuina bonitate & pietate processit: ut ipsa diuina essetia coniungeretur humanæ in unitate suppositi seu personæ seu respectus: ut per talem deum & hominem posset fieri redemptio hominis perditæ per peccatum. Diuina uero essentia uniri non poterat quo ad hunc respectum qui est essenfificans: quia si coniungeretur alteri essentia scilicet humanæ in unitate respectus potius haberet rationem essenfificabilis quam essenfificatis. Item nec eadem diuina essentia uniri potuit sub ratione essenfificati: quia cum essenfificatum dicat quoddam complementum per comparisonem ad creaturas: deus quo ad essenfificatum siue quo ad spiritum suum uidelicet quo ad amorem amicus erat hominum per gratiam: nisi propter peccatum homo hanc unionem perderet: nec dignum erat quod amor diuinus fieret idem cum homine in suppositi unitate quam homo amiserat cuiusdam pomi gulositate. De necessitate ergo fuit: ex quo incarnari uoluit ex sola pietate essentiam diuinam uniri essentia humanæ quo ad respectum quod est essenfificabile siue quo ad sapientiam: siue quo ad filiationem bonitate diuina cooperante: & amore diuinam essentiam cum humana essentia in unitate suppositi coniungente. Fuit ergo christus uerus deus uerus homo natus ex maria uirgine sine copula carnali: non enim in tali generatione erat necessarium semen hominis ubi erat (non dico pro semine: sed pro materia filii gignendi) sanguis uirginis purissimus spiritus

sancti gratia ad hoc preparatus: ubi erat pro semine spiritus sancti gra-
tia preparata: pro homine generate bonitas seu pater: ipsum autem ge-
neratum filius seu sapientia qui de nouo homine unitus fuit in unitate
personae: scilicet ut deus & homo christus iesus unum respectum: unam
& eandem personam teneat in trinitate quantūcūq; sint duae essentiae:
humana scilicet & diuina.

Incipit secunda diuifio uel tractatus de esse & essentia creaturarum i
generali Capitulum primum.

IN generali triplex est esse: scilicet esse essentiae: esse exi-
stentiae: & esse suppositi: creatura autem sub ratioe qua
creata ē habet duplicem respectum ad creationem: Vnū
prout est exemplariter ab ipso. Ipse enim est exemplar
omniū rerum. Aliud prout ā effectiue ab ipso: unde cre-
atura duo sortitur a creatore: uno scilicet similitudinem
diuinam & esse suum naturale in quantum est aliquod in propria natu-
ra effectualiter a deo. Ex primo igitur respectu scilicet prout est exem-
plar a deo & est similitudo eius: creatura sortitur nomen essentiae. Ex se-
cundo uero respectu scilicet effectuali sortitur nomen existentiae: quia
est effectus: & habet existere in propria natura: & creatur in ipsa esse ex-
istentiae. Idem ergo sunt esse essentiae & existentiae: nec differunt nisi
secundum rationem: prout scilicet eadem creatura essentia ad deum
duplicem habet respectum: exemplati scilicet & effectus. Et primo est
deo similis: ex secundo substantialis: Esse autem suppositi habet creatu-
ra a quibusdam principiis extrinsecis confortantibus: uigorantibus &
excitantibus quadam uirtute occulta illam existentiam: ut in actu sup-
positi deducatur & per multa supposita ramificetur ut cooperatione re-
rum unius ad alteram natura uniuersi multiplicetur. Sed ut supradicta
melius uideas do quaedam exempla sensibilia uel sensualia. Cera enim
cui impressa est forma sigilli habet respectum ad sigillum: & habet re-
spectum ad manum & ad calorem temperantem ipsam. Ad sigillum au-
tem habet duplicem respectum: unum quidem prout est similitudo si-
gilli: & ex isto est natura similis sigillo. Alium uero prout est illa simi-
litudo effectus formae sigilli: & ex isto habet existentiam ab ipso.
Sed ut forma bene imprimatur in cera oportet excitare & habilitare

non distinguitur
ea essentia & exi-
stentia

ceram ut sit sigillum in actu sigillatum: similiter ipsa domus habet duplicem comparisonem ad formam quæ est in mente artificis: prout est similitudo illius formæ: & prout est eius effectus. Et habet comparisonem ad manus: instrumentum operantis: tanquæ ad illa quæ præparando & adaptando materiam deduxerunt ipsam in actum completum: Similiter creatura habet duplicem respectum ad deum: primum prout est exemplar, ab ipso ex quo causatur in ipsa esse essentia: Secundum prout est effectualiter, ab ipso ex quo causatur existentia in propria natura ut sit aliquid in sua natura: licet non sit in actu completo: sed completur per agentia naturalia excitantia & coadunantia talem essentiam: ut ad actum suppositi deducatur. Ex prædictis igitur patet differentia inter esse essentia: & esse existentia: & esse suppositi: quia esse essentia non differt ab esse existentia nisi secundum rationem: prout scilicet eadem creatura est aliquid in propria natura: & prout est formaliter a deo: unde quæcumque isti duo respectus sint diuersi tamen per comparisonem ad deum idem sunt: & ideo nulla creatura sub ratione qua est creatura & ex nihilo facta corporalis est. Quare omnes creature incorruptibiles sunt quantum ad esse essentia & existentia: sed quantum ad esse suppositi corrumpuntur: quia per istud non habent respectum ad deum: nec habent ipsum a creatione: sed potius ab extraneo: quia per adminiculum exteriorum rerum naturalium: Vnde istud esse suppositi differt ab esse essentia & existentia non solum ratione sed intentione. Et facio hic differentiam inter rationem & intentionem: ut accipiam differentiam ratione pro diuersis respectibus per comparisonem ad idem & differentiam intentione pro diuersis respectibus ad diuersa: Vnde esse suppositi habet comparisonem ad essentiam quæ ramificatur per ipsa supposita: & habet comparisonem ad materiam & agentia exteriora. Et propter istas diuersas comparationes habet modum accidentis: quia aliquando inest: aliquando non. Licet tamen non sit accidens: qui accidens euenit rei iam præexistenti in actu suppositi: pro esse uero suppositi habet essentia esse existentia in supposito: Verbi gratia: granum tritici habet naturam in se & essentiam tritici: Illa uero essentia roborata & adunata multiplicatur per plura supposita: & hoc cultore aqua: tempore: corporibusque supra caelestibus adiuuantibus.

De istorum esse definitionum enumeratio huius secunde partis diuisionis uel tractatus. Capitulum secundum.



X predictis possunt patere diffinitiones istorum esse: unde
eentia sic potest diffiniri: **E**ssentia est natura creata ad si-
militudinem dei facta ex nihilo. Ponitur natura in diffini-
tione pro genere. creata ponitur ad differentiam naturae in-
creatae: ad similitudinem dei facta, ponitur ad differentiam
existentiae quae non respicit deum exemplariter sed effectualiter
Ex nihilo ponitur ad differentiam actus suppositi qui non est creatus, sed
potius generatus. Existencia sic potest diffiniri: Existencia est quedam na-
tura creata a deo ex nihilo, effectualiter facta: & ponuntur ibi conditio-
nes eadem ratione qua supra: sed effectualiter ponitur ad differentiam essen-
tiae: Et nota quod in utraque diffinitione ponitur facta ex nihilo tanquam diffe-
rentia completiva per comparationem ad actum suppositi conuertibilis:
Omne enim quod ex nihilo est factum est essentia & e converso, esse autem sup-
positi est quedam natura generata a potentia materiae passivae: & ratione
seminali activa per adminiculum & excitationem agentium a naturaeducta
Ponitur natura generata ad differentiam essentiae & existentiae. A potentia
materiae passivae ponitur quia sicut iam dictum est materia de sui natura vult
maleficium sui ipsius propter quod dedit enim deus potentiam effici sub qui-
libet natura siue essentia ut coiret & inficeret quamlibet essentiam in actu
suppositi existentem: unde de se nullum habet esse essentiae sed potentiale. Et
ponitur a ratione seminali activa ab essentia & existentia quae est quae-
dam ratio seminalis habens in se uirtutem in quantum est aliquid in pro-
pria natura iam prout est effectus dei: quae uirtus adiuta & excitata ui-
goratur: & una cum materia in actu suppositi completur & ramificatur
ac plurificatur: Ista autem esse sic se habent in creatis ut in quibusdam pro-
pter magnam impressionem actionis diuinae ad completum esse ipsorum suf-
ficiat esse essentiae & existentiae sicut in substantiis spiritualibus: In qui-
busdam uero propter remissionem impressionis & quasi per elonga-
tionem a deo ut sint incompleto actu indigent adiutorio naturae ut de-
ducantur in completum actum suppositi: Quedam autem quae sunt me-
dia inter haec sicut corpora supra caelestia ut completum actum habeant
indiguerunt esse suppositi non diuerso ab esse essentiae & existentiae ut
impressum per naturam: sed potius a deo: Dicitur tamen esse suppositi
quia ex materia & forma est confectum sicut haec omnia inferius pa-
tebunt per certissima exempla & per sensibilia experimenta.

Incipit tertia diuisio uel tractatus de opinionibus circa eentiam substantia-
rum spiritualium existentibus inter sapientes & uulgum philosophantium caput primum



Sapientes quidem & uulgus philosophantium ponunt essentiam substantiarum spiritualium utpote animarum & angelorum compositam ex una materia & ex una forma: Sed distinguunt de materia quoniam est quadam corporalis & quadam spiritualis: Corporalis, autem materia est quæ est subiectum corporalium accidentium: Spiritualis uero est quæ est subiectum spiritualium accidentium ut pote bonitatis & malitiæ & sic de aliis: Dicunt ergo quod quantumcumque in substantiis spiritualibus non sit materia corporalis: est tamen in eis materia spiritualis per quam quidem animæ patiuntur in purgatorio & diaboli in inferno: in qua est gaudium angelorum tanquam in subiecto & tristitia perditorum. Quidam uero alii sapientes una cum uulgo ponunt essentiam substantiarum spiritualium non esse compositam ex materia aliqua. Sed est ibi aliquid loco materiæ & aliquid loco formæ: quid autem sit illud ignorat: Et hoc ponunt ex hoc quia si essent puræ formæ essent purus actus & deo per consequens coequalis: Quotumcunque autem istæ opiniones sint sapientum hominum & nobilium quia forte scientias agentium non tractauerunt nec uirtutem essentiæ & creationis considerauerunt: Ideo ista quasi coacti ponere habuerunt: Sed quoniam quilibet angelus est una creatura & una essentia Ideo uidendum est de natura creationis: Creatio autem proprie non est motus neque proprie mutatio: nam omnis motus tria requirit secundum Aristotelem tertio physicorum uidelicet terminum a quo: terminum ad quem: & rem quæ mouetur a termino a quo ad terminum ad quem: In creatione autem non consideratur terminus a quo materialis quia ex nihilo fit creatio: nec consideratur motus rei ad terminum ad quem quia res illa nihil erat ante creationem: Sed solum creatio est quidam motus (ut ita loquar) uoluntatis diuinæ & bonitatis ut cum ipse uult sine tempore sine numero immediate essentia sit in suo esse existentia: Ista ergo uoluntas diuina mota per suam bonitatem effectualiter recepta in ipsam essentiam seu creaturam dei creatio est: Et hæc uoluntas & bonitas diuina respicit ipsam essentiam duobus modis uno intuitu & una creatione: scilicet ut causa suum effectum & ut exemplar suum exemplatum: Ergo tangitur in qualibet creatura seu essentia esse essentiæ & existentia: Cum ergo substantiæ spirituales sint puræ creatæ erunt puræ essentiæ: ita quod ad hoc ut earum essentia habeat perfectum esse non indigebunt aliquo esse extraneo præter illud quod ne: creatione habuerunt: Cum ergo a creatione habeant esse essentiæ &

existentia solum ita tota natura earum consistit in esse essentia & existen-
 tia q̄ non reperitur in eis materia aliqua nec forma sub ratione formæ
 dans actum materia: sed erunt puræ & simplices essentia secundū com-
 positionem aliquarum essentiarum seu materia & formæ: huius autem
 ratio est quia si in substantiis spiritualibus reperiretur materia & forma
 cum materia sit diuersa secundum essentiam a forma & ab essentia com-
 posita ex materia & forma: sit etiam diuersa secundum essentiam ab es-
 sentia materia & ab essentia formæ: sicut patet q̄ humanitas diuersa est
 ab essentia animæ rationalis & ab essentia corporis: & essentia corpo-
 ris ab essentia animæ. Sequeretur q̄ in natura angelica essent tres essen-
 tia diuersæ: essentia scilicet materia: essentia formæ & essentia compo-
 siti: Si ergo sunt ibi tres essentia erunt tria creata & tres creationes & p̄
 consequens tres creaturæ: & ita angelus & quælibet spiritualis substan-
 tia non una creatura sed plures erūt: Nec ualet dicere q̄ materia & for-
 ma & essentia composita ex ipsis sint creata una creatione quia certum
 est q̄ materia secundum essentiam suam differt a forma. Ergo secundū
 secundā creationē cū creatio inducat essentiā: non aut una creatioe po-
 terunt creari: ponere ergo materiā & formā in substantiis spūalibus: ul
 aliquid loco materia & loco formæ quod dicat diuersitatē in essentia:
 est ponere unam aīam uel unū angelū esse plures creaturas.

De incorruptibilitate intelligentiarum respicientiū deum tanq̄ suū
 exemplar Capitulum secundum.



Sed quoniā ut dictum est angelus & anima respicit deū
 tanq̄ suū exemplar: & ut est formaliter ab ipso. Ideo tanq̄
 ad hunc respectū incorruptibiles sunt p̄ naturā & p̄ eēn-
 tiā: & silitur quælibet alia essentia. Et nō ē hoc mirū: cū
 enī de⁹ incorruptibil' & impassibil' existat: oportet q̄ crea-
 tura siue essētia qd̄ est quoddā essentiātū incorruptibilis & impassibilis
 sit aliter nō esset essentia impassibilitatis & incorruptiōis diuinæ: nec per
 cōsequēs exemplariter a deo. Vnde quātū ad istū respectū angelus & ani-
 ma incorruptibiles sunt per naturam. Sed habent alium respectum sci-
 licet prout effectualiter sunt a deo: & prout sunt effectus eius. Et quia
 omnis effectus subiicitur suæ causæ: ideo eēntia angelica & animæ deo
 subiectæ sunt: & quātū ad hoc corruptibiles & passibiles secundū dispo-
 sitionē diuinā sunt. Ex istaq; subiectione & passibilitate pōt dici q̄si aut
 aliquid materiale. Est ergo ī substantiis spūalib⁹ solū duplex eē: scilicet eēn-
 tia & existētie: Esse eēntia p̄ qd̄ sūt formaliter a deo: esse existētia p̄ qd̄

omnino deo subiectæ sunt. Et hoc est quod dicit Boetius: quod in omni quod est reperire est quid est illud: hoc est esse essentia: & quid est illud hoc est esse existentia: quantumque ista duo non differant nisi secundum rationem: secundum quod superius fuit dictum in tractatu de essentia in generali: esse autem suppositi quod habetur ex unione materiae cum forma non reperitur in ipsis: quare nec angeli proprie possunt dici indiuidua uel singularia: sed habet quilibet suam essentiam & suam speciem seu naturam.

Quod diuinae rationes reales non sunt in substantiis spiritualibus differentes. **C**apitulum tertium.

NX prædictis autem potest patere quod rationes diuersae reales in eadem spirituali substantia existentes non differunt realiter: ut puta uirtus intelligendi: uirtus uolendi: & sic de aliis. Ad cuius euidentiã notandum est quod in substantiis spiritualibus sunt tria: sicut in aliis creaturis: scilicet substantia uirtus: & operatio. Et sunt quaedam uirtutes quae immediate procedunt a substantia: quaedam uero non immediate: sed mediantibus uirtutibus aliis & operationibus. Verbi gratia: a substantia intellectiua immediate procedit uirtus intelligendi a qua uirtute procedit operatio intelligendi: mediante autem ista uirtute in operatione intelligendi insurgit uirtus gaudendi: & gaudet tunc in re intellectiua: cum ergo sit gradus in uirtutibus eorum: illa uirtus quae immediate procedit a substantia: non differt aliquo modo a substantia. Nec si plures uirtutes procedunt a substantia a seipsis differunt nisi secundum rationem unam. In quantum scilicet realiter eandem rationem graduum respiciunt secundum diuersas operationes: puta uirtus intelligendi angeli & uirtus uolendi procedit a substantia immediate: nec a se ipsis differunt nec a substantia nisi quia uirtus intellectiua apprehendit deum ut uerum: uolitiua ut bonum. Et hoc est quod angeli non intelligunt per species: sed illustratione naturali a deo infusa: mouente intellectum ad intelligendum sine aliqua specie & uoluntatem ad uolendum. Unde respiciendo deum in semetipsum uident omnia. Aliæ autem uirtutes quae non immediate procedunt a substantia licet a substantia angelorum realiter non differant: differunt tamen realiter a seipsis. Et non pono hic realiter id est secundum essentiam: sed quia habent diuersos respectus reales: & quanto illae uirtutes substantiam mediatius respiciunt: tanto pluribus operationibus a se differunt: quantumque istae rationes reales siue uirtutes non differant essentialiter a substantia neque a se inuicem in substantiis spiritualibus: operationes tamen differunt & a substantia & a se inuicem essentialiter:

quæ induit rationē accidentis: nec respiciunt solum uirtutem ageli: sed rem circa quam fit operatio. Verbi gratia. Gaudere angeli differt a cōtemplari: nec gaudere angeli est angelus: quia nō respicit solum angelū sicut facit uirtus gaudendi: sed respicit ipsum de quo est gaudiū: similiter autem & de aliis actibus.

De ordine & modo intelligendi. Capl'm quartum.

Sed quoniā ea quæ dicta sunt in anima rationali dubiū habere uidentur propter diuersitatem opinionū sapientū: ac uulgi philosophātiū circa apprehensionē uirtutis intellectuæ & uolitiuæ aīæ rōnalis. Iō cogor aliqd tangere de modo intelligēdi & uolendi: maxime cū hæc ueritas sit oībus ignota. Breuiter ergo tractabo: quia iā alibi diffusius tractaui. Opinio coīs est oīum sapientū cōmentatorū ac totius uulgi philosophantiū: q̄ eētia aīæ indiget duobus intellectibus: ut intelligat intellectū indigens possibili & agente. Et hoc dicunt de necessitate: quia cū multiplicet̄ spēs ab organo in sensum coēm & sic ulterius per fantasmata illa spēs debet iam actu fieri idem cū intellectu: & cū presentat̄ eidem adit conditiones sensuales & materiales inter posibles res: cū recipiēs habeat per se modū materiæ in tali actiōe. Spēs uero per modū formæ oportuit de necessitate dare intellectū irradiantem & agentem in illā spēm ut deponat̄ a conditionibus materialibus & corporalibus: & ut idem possit fieri cū intellectu possibili in actu: depuratur ergo per intellectū agentē: & recipit̄ ab intellectu possibili: & aīa actu intelligit: postea illa spēs reponit̄ in memoria: qua mota iterū per intellectum intelligimus & memoramur. Verum obstupeor quomodo tot sapiētes qui alia difficiliora uerifice & optime tractauerunt: ad tantam fantasiam deuenire potuerūt: nisi forte hoc fuit: quia ueritatē uulgo philosophātiū pandere noluerunt: ut ignorando modum apprehendēdi animæ res apprehensas omnimode ignorarēt: aut certe circa ipsas turpiter fallerentur. Dico ergo q̄ quia anima creata est tanquā tabula rasa: necesse est ipsam per intellectū sciētiarum uarietates procurare. Sed quoniā mole carnis induta non potest seipsam mouere ad speculandum res de quibus scientia habeat̄: oportuit habere adminiculū fantasmātū & sensuū recipientiū spēs & similitudines oīum rerū. Cōcedo ergo multiplicationē fieri specieḡ per sensus & fantasmata usq̄ ad presentationē aīæ intellectuæ. Iste autē spēs cū procedant a corporibus & generentur ab ipsis sunt (secundum q̄ probatur in prospectiua) corporales & materiales:

quia a corpore nō generatur nisi corpore &c. Et etiam hoc cōcedūt oēs q̄
species ille materiales sūt & corporales Sed depurant̄ p̄ intellectū agen
tem: Cū ergo corporales sint quomodo fieri possūt nō corporales per
aliquā uirtutē creatā? Solū enī deus hoc potest facere de corpore nō cor
pus: Aut ergo habebit dare q̄ intellectus agēs sit deus: aut intellectū ali
quē creatū hoc posse facere: Sed dicēdū nō ē q̄ intellectus agēs sit deus cū
sit potentia aīa rationalis secūdū ipsos. Absurdū est etiā animā rationa
lem cū sit simplicissima & nobilissima in tātū uilificari: ut supponatur
omniū speciei rege naturaliū & corporaliū: ut ipsa habens se per modū
materiæ fiat idem in actu cū oībus speciebus & transmutet̄ sicut mate
ria ad diuersimodos actus & inficiat̄ & fiant generationes infinitæ &
corruptionis in aīa. Est ergo alius modus uerissimus apprehēdendi aīa
necessarius: Cū illa enī species per fantasmata multiplicata p̄sentat̄ aīa
rationali: ipsa anima q̄ est imago omniū rege ad similitudinē omniū fa
cta secūdū Aristotelem statim cūuertit̄ ad similitudinē illius speciei
& fit similis ei: & cū est similis illi speciei respiciendo se ipsam & cogno
scendo cognoscit de qua re est illa species: & cognoscendo se ipsam dili
git se ipsam: & diligendo se ipsam diligit rem cui facta est similis: Et hoc
est quod Aristoteles dicit scilicet q̄ anima cognoscēdo se ipsam cogno
scit omnia: Et iste est duplex intellectus quem ponit Aristoteles: possibi
lis scilicet & agens: In quantum enim anima conuertitur in similitudi
nem illius speciei p̄sentis inducit rationem intellectus possibilis. In
quātum uero respiciendo se ipsam cognoscit de re extra: induit rationē
intellectus agentis: Iste ergo est modus intelligendi & uolendi seu dili
gendi: unde non oportet ponere species in cella memoriæ ut rememore
tur sicut illi dicunt qui habent animā diuidere per cellas: quia ipsa ani
ma reminiscēs de ipsa specie quæ sibi dudū fuerat p̄sentata fit ei itere si
milis & intelligit de re illa: & ideo fit fricatio frontis ut memoret̄ qua
tenus cum fiat motus in fantasmatibus q̄ anima sentiens conuertat̄ in
similitudinē illius speciei siue rei quam homo uult rememorari: Iste er
go modus breuiter tractatus est uerissimus & necessarius: & quāto plus
considerabis in specie tanto magis ueritas hæc tibi pandetur: & falsitas
abibit. Alibi uero hanc materiam per rationes probādo efficacissimas
prolixius discussi quāq̄ debeat per se ueritas esse nota. Et ex predictis
potest patere q̄ uirtus uolitiua & intellectiua animæ non differt nisi se
cundum rationem: in quantum enim anima conuertendo se in similitu
dinem illius speciei p̄sentata per fantasmata & intelligendo se ipsam.

intelligit de re cui est similis: induit rationē uirtutis intellectiua: In quā
tum uero existens in eadem similitudine diligit se ipsam & afficiendo
ad seipsam: afficitur ad rem extra & diligit eam: induit rationem uir/
tutis uolitiua. In quantum autem recordatur de specie cui dudum simi/
lis facta fuit: & ex tali recordatione fit iterum ei similis: & apprehēden/
do seipsam & diligendo apprehendit & diligit rem extra: induit ratio/
nem uirtutis memoratiua. Per supradicta etiam patet q̄ ad intelligen/
dum mouetur etiam quasi per aliud: quia per speciem præsente per quā
mouet seipsam fit ei similis. Ad uolendum quoq; per seipsam omnino
mouetur. Ad rememorandum autem & per seipsam & per similitudi/
nem alicuius speciei quam habet cū re de qua debet fieri rememoratio.

De localitate substantiarum spiritualium: non itaq; in lo/
co materiali sed formali. Capitulum quintum.



Ed quoniam inter sapientes est maxima altercatio ac
opinionum uarietas de essentia substantiarum spiritua/
lium: utrum scilicet moueantur in loco: Ideo de hoc ali/
quid prælbandum. Quidam enim ponunt q̄ moue/
tur per medium: & determinat sibi locum: quidam ue/
ro q̄ non per medium. Rogerius autem uacon uir sa/
pientissimus in scientiis atq; promptissimus ponit in libro de loco q̄
substantiæ spirituales non determināt sibi locum: nec mouentur de lo/
co ad locum: sed ita sunt hic q̄ non absunt illi loco: nec sunt ubiq; si/
cut deus: quia deus est ubique perfectissime & positiue: istæ autem non
perfecte sed cum quadam potentia cum priuatione scilicet q̄ ita sūt hic
q̄ non sunt distantes ab illo loco. Et inter alias rationes: mouetur hac
ratione: Cum enim materia esse existens substantiarum spiritualium
fit indiuisibilis determinabit sibi locum punctualem: Si ergo mouetur
de loco ad locum: habebit actualiter perquirere omnia puncta & cum
ipsa sit in indiuisibilis determinabit sibi locum punctuale: Si ergo mo/
uetur cum in quolibet spatio sint infinita puncta pertransibit actu infi/
nita: hoc autē ē impossibile: Ergo substantia spūalis nō mouebit de loco
ad locū: Sed ita erit hic q̄ nō aberit illi loco. Opiniōes autē istæ quātun/
cūq; uiroz sapiētissimoz sint: nō tñ cōsiderauerūt naturā loci neque
naturā substantiarū spūalium: quod si sciissent ueritatē aliter declara/
sent. Vnde ad euidentiā huius ueritatis notandū q̄ duplex est locus for

malis scilicet & materialis: Locus materialis est spaciū habēs in se dimē
 siones corporales: ut latum: longū: & profundū: qui quidem locus de/
 bet rebus corporalibus: & iste locus ē ab ultima sphaera & citra. Est &
 alius locus formalis qui est sine oī dimensione corporali: & quasi ua/
 cuū per cōparatiōes ad res corporales. uerbi gratia: Si deus qui hoc pos/
 set facere remoueret oēm corporalitatē & dimensionē inter duos parie/
 tes: talis locus esset formalis: imo etiā posito q̄ ibi sint dimensiones cor/
 porales: illud spaciū in quo sunt illae dimensiones dicitur locus forma/
 lis: quia remotis corporalibus dimensionibus remanet locus formalis:
 puta si extracto uino de cuppa nullū aliud corpus intraret: illa locus est
 ul' esset formalis. Locus ergo materialis quasi actualiter uacat ī loco for/
 mali nec potest esse sine loco formali: nec etiam natura patitur locū for/
 malē sine loco materiali: quātūcūq; iste locus formalis ultra caelū protē/
 dat ī infinitū: ī quo quidē spacio deus posset creare infinitos mūdos: si/
 cut creauit ī pte sui istū. Substātia ergo spūales nullū respectū habēt ad
 locū materialē: sed solū ad locū formalem q̄ nullā habet dimēsiōnē nec
 quātitatē nec diuisionē: & p̄ istū mouet quāuis mot⁹ nō pōt dici pprie
 q̄a motus est p̄ locū corporalē. Istū autē motū formalē non consideraue/
 runt predicti sapiētes: nam argumenta & opiniones eorū procedūt de
 loco corporali: ad quē substātia spūales nullū habent respectū: sed solū
 ad formalē qui est priuatus omni quantitate & omnia natura corpora/
 li. Et quātūcūq; haec ueritas sit difficilis ad uidendū: tamē ueritas sic se
 habet. Vnde pōt bene Rogerii opinio substineri: quātūcūq; ipse de lo/
 co isto formali nihil declarauerit. Cū enī loc⁹ iste formalis nullā habeat
 quantitatē: nullā habebit distantiā proprie. Vnde substātia spūalis exi/
 stens in ipso: cū mouetur in ipso (si motus dici pōt) non transibit distan/
 tiā aliquā cū non sit in ipso: nec partes illius loci distent per quātitatem:
 q̄re dicere possum q̄ substātia spūalis ita est hic q̄ nō distat ab illo loco
 ut semp respectū habeas ad locū formale: nō materialē: quia materialis
 solū debetur corporibus & quātitatibus. De substantiis ergo spūalibus
 & de esse & essentia ipsarū tantū dictum sit.

Incipit quarta diuisiō de esse suppositi substātiarū celestiuū corporū:

In qua aperit occultā intētiōnē totius libri.



N substantiis autē celestibus reperitur esse eēntia & exi/
 stentia sicut in aliis creaturis eadē cōparatione ad deū:
 scilicet exemplari & effectuali: Sed de esse suppositi est
 maximū dubiū: utrū sit ex sola materia & forma: aut sit

ibi aliqua cōiunctio elemētōꝝ: & utrū forma illa sit alia aliqua forma
Esse ergo suppositi corporū supercaelestium compositū est a materia &
forma: quæ quidē materia ut dicit Aristoteles in libro de celo & mūdo
est cōtēta sua forma: nec appetit alteri forme uniri: propter quod nō est
in potentia ad aliam formā: ex quo sequitur corpora supercaelestia esse
icorruptibilia etiā quantū ad actum suppositi. Vtrū autē ad tale esse re/
quiratur aliqua coniunctio elementōꝝ aliquoꝝ propter illam materiā
& illā formā Aristoteles in libro de celo & mūdo planissime determi/
nat q̄ nō, quia si esset cōpo sitio elementorū esset ibi grauitas & leuitas
& essent corruptibilia. In corporibus autē supercaelestibus non ē graue
nec leue secundū q̄ ipse probat. quoniam uero ipse Aristoteles dicit in
primo methaphisice q̄ admirari fuit causa inuētiōis causæ: igitur sa/
pientes admirantes effectus rerū naturalīū perscrutant causas: nos autē
uidimus corpora supercaelestia agere in elementis et ex potentia unius
elementi scilicet aquæ educere formā aeris & ignis: Omne autē agens na/
turale agit ut sibi simile educat: ut ignis agit in lignū ut ignem educat: &
loquor hic de agentibus naturalibus: Videbuntur ergo corpora super/
caelestia non sine elementalī fore materia: & maxime quia ad sensū nidi/
mus sphaeras planetarū simpliciores esse natura q̄ ipsi planetæ: & pla/
netas grossiora esse corpora & compactiora. Ad euidentiam istius ue/
ritatis: quod probaui in libro de influentiis rerū naturalīū: Et hoc qui/
dem idē Rogerius probat esse agens naturale: & omne agens agit na/
turale per similitudinē suam in passum: & mittendo ipsā similitudinē
in passum: quæ quidē similitudo non ē diuersa ab agente in specie: puta
si stuppa ponatur iuxta ignē ita q̄ nō iungatur igni: ignis sicut alia agē/
tia multiplicabit speciē suā per mediū: quæ species multiplicata recipit
in stuppa per actionē ignis naturalē cōtinuā & p̄ aptitudinē passibili/
tatis stuppæ uigorabit ignis in species quousq̄ sit ī completo actu ignis
propter quod patet q̄ ista similitudo ignis non erat diuersa ab igne in
specie: sed quadā res sunt ualde actiuæ actione sua specifica: ita q̄ possūt
adducere per similitudinē suam multiplicando speciē & confortando
sibi omnino similia sicut ignis. Alia uero sunt quæ nō possunt sibi simi/
le omnino actu educere per institutionē speciei: sicut homo. Nō enī ho/
mo potest similitudinē suam quæ est in medio tantū confortare q̄ fiat
in actu homo: quia homo est in aliis actionibus occupatus. Vnde secū/
dū q̄ probat Rogerius in libro de influentiis suo: si homo haberet ita
fortem actionem in suam similitudinem sicut habet ignis: non esset du

bium quod in illa specie fieret homo uerus. Vnde non potest dici quod in illa similitudine hominis sit omnino non homo qua ipse ponit causam sub specie hominis: Cum ergo corpora supercaelestia agant in elementa & in rebus elementatis agent per similitudinem suam: cum enim educant aliquid: illud quod educant erit aliquo modo sibi simile immo quasi eiusdem speciei: Igitur cum educant ab elemento elementum & ab elementis res elementatas siue elementales: Sequitur de necessitate quod ipsa habeant aliquid de elementis: Et ut plenius uideas cogita hoc in sole qui educit ignem a centro urinalis pleni aqua aut cristallo sphaerico: unde scire debes quod quodlibet agens secundum quod probatum est in libro de influentiis multiplicat similitudinem suam per lineam perpendicularem rectam & per lineas obliquas fractas Actio autem per lineam perpendicularem rectam est fortissima Et sicut patet in stuppa & in igne quod primo igniretur in puncto illius lineae consideratae perpendicularis. Cum enim urinale plenum aqua uel cristallus ponitur ad solem radii solaris qui sunt similitudo solis sicut patet si apponatur speculum in aqua quod uidebitur sol ibi multiplicatur per lineam rectam perpendicularem quae transiens totum corpus: urinale non frangitur in aqua propter similitudinem actionis & per lineas rectas non perpendiculares quae franguntur in corpore urinali & fiunt obliquae in aqua: transeuntque ad aliam partem & coadunantur in puncto lineae perpendicularis & ille punctus fit combustibilis ut si apponas stuppam statim accendatur ut patet hic in figura.



propter quod quando similitudo solis uel radius confortatus per continua-
tionem solis efficitur ignis. Ergo sol habet in se naturam igneam: nam
non efficeretur ignis nisi sol haberet in se uirtutem igneam uel naturam
Hoc autem maxime patet in speculis comburentibus: potest enim fieri
speculum talis dispositionis & formæ de tabula politissima de calibe:
siue compositum quod tota una liuea fieret combustibilis: ita quod appositus
uillæ uel ciuitati uel loco combureret eum incessanter: sicut docet Albai-
cem: & Rogerius in libro de speculis comburentibus: propter quod ma-
nifestum est solem & alia corpora supercaelestia non sine elementalī ma-
teria esse: nec propter hoc sunt corruptibilia: nec grauiā nec leuiā. Vnde
distinguendum est de elementis: quia sunt quædam elementa purissima
& simplicia non habentia uirtutem unū in reliqua transmutandi: quia
materia eorum contenta sua forma est: & ista elementa uel corpora

possunt esse supercaelestia. Nā ponimus ad litteram aquas supra firma-
mentū & cælū aqueū siue cristallinū: Similit̄ possumus dicere de aliis
elementis tribus & ab istis elemētis corpora caelestia esse composita per
actionem diuinam aut intelligentia regente ipsa: nec ab istis elemētis po-
test generari grauitas & leuitas ut dicatur terra illa grauis uel ponderosa
quia hoc solum inest terræ grossæ & ponderosæ & quasi elementatæ:
Generantur tamen colores in corporibus supercaelestibus ab istis elemē-
tis: Cū enim corpora supercaelestia sint quasi deaurata quia ex hoc scin-
tillāt ex radio solari percipiēte ipsa sicut scutū deauratū scintillat cū percu-
titur a sole ut ponunt Astrologi reddendo rationē siue causā a scintilla-
tione stellarū: & talis color siue deauratio habet generari ut Isaac pro-
bat & Rogerius in libro de sensū: de aliquibus qualitatibus elementali-
bus: Ergo oportet in ipsis naturam elementalē fore: Sed quia elementa
illa purissima sunt in suis naturis & non multis accidentibus: inuiscata
oportet q̄ ipsis corporibus supercaelestibus sint totaliter adæquata q̄
nunq̄ possit unū a reliquo separari: Nec ī hoc mireris quod dixi: Quia
ego per artificium natura coherente separaui a quibusdā corporibus
inferioribus quatuor elementa ita q̄ haberē aquam ad partem: terrā ad
partem: aerem ad partē: & ignem ad partem: & quodlibet de per se de-
puraui ab accidētibus in quātū potui quadā operatione: secreta tandem
depuratas coniunxi: & uenit mihi quædā natura mirabilis quæ etiā nul-
li istorū elementorū inferiorū subiugabatur: nā si stabat in igne nunq̄
consumebatur: Non ergo mireris si corpora supercaelestia sint incorru-
ptibilia quātūcūq̄ sint ex elementis effecta: Non igitur dubiū illā na-
turā iā dictā multū participare de natura caelesti: Vnde dicit hermes qui
triplex fuit in philosophia de ea re Cum peruenissē ad perfectionē oēm
eius fuit mihi tale gaudium quale nunquam habui uidenti quintam esse
tiam sine elementalī materia in inferioribus detineri: sunt & alia elemē-
ta grossa & quasi in infinitis accidentibus inuiscata propter quod ipso-
rum materia non contenta sub una forma appetit uniri substantiæ alte-
ri propter quod fit transmutatio in ipsis & generatio & corruptio: &
ideo de necessitate illa quæ sunt composita ex ipsis generantur & cor-
rumpuntur: & talia elementa sunt a cælo lunari & citra a quibus hæc in-
feriora componuntur & corrumpuntur: unde de istis elementis intelle-
xit Aristoteles & non de aliis cum dixit corpora supercaelestia non es-
se composita ex elementis item si solum essent composita scilicet corpo-
ra supercaelestia ex prima materia & sua forma cum prima materia nō

fit corpus nec sua forma: quomodo ex ipsis fiet corpus: cum ex nō corpore nō possit fieri corpus secundū q̄ dicit Aristoteles ipse nisi a deo.

Vtrū forma corporū supercaelestium sit esse. Et de imaginibus & formis quæ imprimunt̄. &c. Capitulum secundū.



Ed quoniā multi philosophorū & astrologorū antiquorū posuerūt supercaelestia esse animata. Et hoc ideo quia uidebant effectus suos quasi rationales circa ista inferiora: propter quod posuerunt ipsa esse deos: & adorabant eos: & uidebatur enim eis q̄ per ipsa operabantur mala & bona fortuita in terra. Sed quātūcūq; habeant effectus mirabiles & stupendos: non tamē propter hoc habent animas: sed habent intelligentiā mouentē & regentē: Ipsa tamen nō est forma ipsorum: quia aliā formā habent per quā cum materia habent esse sive in materia: Sed quātūcūq; per rationē & fidem hoc credam: tamē hac operatio in me ualde operata fuit cum uidi librum quendā antiquissimum mirabilis materiae & mirabilis effectus editum ab Abel filio Adæ quem Chaim interfecit: qui sciens diluuiū uenturū posuit dictū librū in quodā lapide optime sigillato: hermes uero post diluuiū inuenit lapidē & fregit. Et dictū librū in quo imagines septē planetarū inuenit: unde in ipso libro ponit nomina intelligentiarū regētū ipsos planetas: & posuit septē intelligentias: & nomē intelligentiæ mouētis ipsū primum cælū. Hac igit̄ nomina sūt tātae efficacitæ ut si imaginē secundū diuersitatē planetarū in signis diuersis sub diuersis facieb⁹ existētib⁹ nomēq; dicti planete sub quo imago facta fuit in imagine scripseris & nomen facti p̄ quo fit imago uolūtate tuam in omnibus exequeris. Ibi docet facere imaginē cum qua si te tingeris omne metallum aurū fiet: Ibi etenim docet facere imaginem ut illa pro quo facta fuerit non possit esse quin sit rex uel praelatus: & quasi de omnibus fortunis bonis & malis idem docet: non tamen has probaui imagines nisi unam: quia cum multitudo equorum mane trāfret ad aquā non permittentes me dormire: & me infestaret quolibet die: feci imaginē secundum q̄ ibi præcipitur equi: & sepeliui eam in curreria illa: extunc nullus equus transire potuit: sed cum perueniebat ad illum locum ubi erat imago non poterat transire quātūcūq; stimulabantur: ita q̄ habuerūt mutare uias: propter quod experimēto didici esse posse ueras alias. Narrauit mihi etiā quidam q̄ fecerat imaginem de stagno

secundum quod in illo libro precipitur Luna existente sub secunda facie aquarii non retrograda scilicet tarda cursu: & scripsit nomen domini siue intelligentie lune: & fecit illa quae erant necessaria ad imaginem secundum quod ibi precipitur: & uolens deridere puellas cuiusdam oppidi posuit dictam imaginem in fonte sub aqua illius oppidi & omnes urcei & uasa quae tangebant aquam frangebantur: Sunt etiam ibi imagines quaedam ex quibus scientia augetur ex quadam irradiatione illius intelligentie sub qua fit quod quasi subito depuratur ita quod de ignorante fit sapiens. Ex quo quidem patet quod corpora supercaelestia a formis suis has stupendas & mirandas influentias non habent sed potius ab intelligentiis regentibus ipsa. Ex quo sequitur corpora supercaelestia non esset animata quantumcunque influant opera quasi rationalia & animata. Ex his omnibus dictis patet quod esse suppositi corporum supercaelestium est compositum ex sua forma & sua materia quae quidem materia non est sine elementalibus materia quantumcunque non participet aliquid de istis elementis grossis inferioribus & infinitis accidentibus inuisicatis: haec ergo de esse & essentia corporum supercaelestium dicta sufficiant.

De esse suppositi elementorum & de transmutatione ipsorum. Capulum primum.



Quoniam autem corporum corruptibilium & generabilium quaedam sunt simplicia ut quattuor elementa: quaedam uero composita ab his: Ideo de esse & essentia quattuor elementorum est tractandum: Sed quia iam librum specialiter feci de natura elementorum & generatione & corruptione eorum: Ideo nunc breuiter aliquid praelibabo: Esse ergo & essentia in ipsis est eadem ratione sicut in aliis creaturis de esse uero suppositi sciendum est quod est compositum ex sua materia & sua forma: non tamen haec materia est omnino simplex sed habet aliquid corporeitatis & alterius formae quantumcunque dicatur simplex per comparationem ad materiam elementorum: Si enim omnino simplex esset non haberet corporeitatem de se: Praeterea forma unius elementi iam non transmutaretur in formam alterius elementi nec appareret illa materia maleficium sui ipsius: Sed oportet quod omnia elementa habeant unam naturam communem corpoream quae sit communis formis omnium elementorum & natura illa possit transmutari per ipsas formas: & illa ea

dem materia quæ erat aqua fit aeris: nec corporeitas in quantum corpo-
reitas fit mutata illius materiae licet fit mutata quæ tunc erat sub forma
aqua: nunc uero sub forma aeris tota illius materiae corporeitas latet
Hoc autem patet probabili experimento: nubes enim generantur ex aqua
& sunt sub forma aeris quando uirtute solis eleuantur: Hoc autem pa-
tet probabili materia cum eadem materia sub corporeitate efficitur a-
qua & assumit iterum formam aeris uel & iterum aqua: Sed de hoc hic
plenius uideendum est. Notandum quod (sicut dicit Aristoteles in primo de
anima) Accidentia magnam partem conferunt ad sciendum quod quid
est: Unde de essentiis habemus iudicare per accidentia propinqua illis
essentiis & habemus uti multotiens nominibus accidentium per nominibus
essentiarum quæ sunt nobis ignota. Sunt ergo qualitates quatuor siue uir-
tutes progredientes ab esse suppositi elementorum & quilibet istarum po-
test dici de natura elementalium uel elementi: & potest dici accidens elemē-
ti: prout enim sunt quaedam uirtutes seu potentia immediate progrediē-
tes a substantia quæ dicuntur de essentia & de natura elementalium: Sed pro-
ut considerantur in actu dicuntur esse & essentia: Secundum enim quod
probatum fuit de substantiis spiritualibus operationes omnium uirtu-
tum accidentia sunt in ipsis substantiis quia non solum respiciunt substā-
tiam sed rem certam circa quam fit operatio: Istæ autem uirtutes calefa-
ciendi & frigidandi siccandi humectandique sunt: sed duæ istarum qua-
litarum sunt actiuae sicut calidum & frigidum duæ uero passiuæ sicut hu-
midum & siccum: Caliditas procedit a natura ignis & attribuitur ei humi-
ditas a natura aeris & attribuitur ei frigiditas a natura aqua: & attribui-
tur ei siccitas a natura terræ: Sunt ergo duo elementa per comparatio-
nem ad res elementatas actiua sicut ignis & aqua: duo passiuæ sicut
terra & aer: Quantumcunque inter se omnia sint actiua & passiuæ ha-
bent tamen comunicare in materia: & propter hoc unum elementum
comunicat suam qualitatem alteri ut citius adiutorio illius qualitatis
possit conuerti & transmutari in ipsum: Bene ergo ordinauit natura ut
circulariter elementa comunicarent qualitates & ut circulares transmu-
tationes fierent: & ex circulari transmutatione elementorum elementum fieret: puta
terra comunicat siccitatem suam materie ignis: Ignis uero caliditatem suam
aeri: Aer humiditatem suam aqua: Aqua uero frigiditatem suam terræ: Et terra
iterum siccitatem suam igni: & sic circulariter atque regulariter. Materia ergo
terræ appetit esse sub forma ignis qui ignis quasi naturaliter sentiens agit

in terram & conuertit terræ materiã in formam suam: Item illa eadem materia appetit esse sub forma aeris: qui aer quasi in natura sentiens in igne agit: & cõuertit materiã ignis quæ prius fuit terræ in formã suam quæ materia appetens esse sub forma aquæ est: Aqua enim sentiẽs hoc agit in aere & materiam illam quæ fuit terræ & ignis & ultimo loco aeris in formam suam conuertit: Cum ergo materia fuit cum omnibus formis elementorum lubrica appetit simul omnes quæ omnes simul elementorũ formæ sentientes & quasi rixantes naturaliter sibi uolunt dare esse siue ut sint in esse: quæ duæ sunt actiuæ & duæ passiuæ & contrariæ: ex illa contrarietate & rixa destruuntur formæ elementales & remanent sub forma elementalī dico non quo ad formam elementi sed quo ad se: & sic per circularem & particularem transmutationẽ materiæ elementorũ efficitur elementũ: Et pono hunc modum in elementis transmutandis quia ego sensualiter hoc uidi & feci per artificium nat. ira cooperante: nam accepi sulphur quod est naturæ apud philosophos & transmutaui in aquã purã quã quidẽ aquã sub forma aeris iteꝝ transmutaui: & iterum aerem in aquam. Et cum uellem transmutare in terram ut purio: terra fieret scilicet cũ transmutarem illam naturam aquæ in naturam terræ inueni quendam lapidem rubeum clarissimũ diaphanũ & lucidum: & conspexi omnes formas elementorum esse congregatas in illa materia nescio qua uirtute nisi ex appetitu materiæ ad ipsas: ex rubeidine enĩ cõspexi formã ignis: ex diaphanitate formã aq̃: ex luciditate formã aeris: Sed de modo istarũ opationũ nobiliũ & occultarũ p quas homo subtili experimento secreta naturæ iutueri potest in tractatu de mineralibus aliquid pertractabo: Nunc autem tantum de esse suppositi elementorum & quomodo sunt composita ex sua forma & materia corporali & de trãsmutatione eorum dictum est.

Vtrum elementa equaliter sint in mixto: cũ demonstrationibus alphabetilibus Capitulum secundum.



Ed de elementis est dubium inter sapientes & uulgus philosophantium utrum. s. equaliter sint in mixto: Et quidam ipsorum dicunt q̃ non equaliter quidam uero equaliter: huius autem opinionis sunt omnes medici: nam uident in quibusdam mixtis superhabundare co/

leram siue naturam calidam igneam: in quibusdam uero frigidam uel
aqueam siue flegma: In quibusdam naturam siccam: siue terream uel me
lancolicam: In quibusdam naturam humidam siue aeream per sangui
nem: & hanc diuersitatem cognoscunt in rebus animatis per effectus
rerum & ponuntur gradus in istis: hanc autem controuersiam facile est
soluere: nam naturales considerant elementa prout ueniunt in compo
sitione primi corporis mobilis & corruptibilis siue elementati & pro
ut per se aguntur & patiuntur ad compositionem corporis mobilis &
corruptibilis ut supra quod est materia mineralium uegetabilium & se
sibilium & ideo de necessitate habet ponere æqualitatem elementorum
in mixto Et hoc quo ad uirtutem seu potentiam non quo ad quãtitatẽ
nam plus habet de potentia unus pugillus ignis quam forte centum ae
ris & plus unus aeris quam centum aqua: & plus unus pugillus aqua q̃
centum terra: propter hoc ubi non intrabit unus pugillus ignis forte in
trabunt mille terra: pondera autem istorum elementorum quomodo
se habent in mixto ignoramus: per artificium tamen natura cooperan
te uidi quod cum separassem quattuor elementa a quibusdam corpori
bus & quodlibet de per se depurassem in coniunctione ipsorum ponebam
æq̃le p̃odus aeris aqua & terra: de igne uero ponebam sextadecimã partẽ
Et licet ista confectio esset ex elementis composita tamen magis habe
bat materiam igneam quam alterius elementi quæ ita actiua erat ut po
tius crederes esse primam formam elementorum omniũ quam aliquid
habere materiae: nam proiecta una parte super mille argenti uiui sicut sci
mus coagulabat ipsum & rubeum efficiebat & istarum mille una pars
supra quinquaginta plumbi depurati sicut decet proiecta in aurum pu
rissimum couertebat: propter quod merito apparet illam materiam ha
bere aliquid de natura corporum supercaelestium: nã in transmutatione
habet se quasi per modum formæ uel agentis potentissimi: Aequalitatẽ
autem in mixto possumus probare per ueram demõstrationem cũ duo
illorum elementorum sint actiua & duo passiuia: Certum est quod actio
elementorum actiuorum non est infinita nec passio elementorum passi
uorum: Actio ergo elementorum actiuorum uocetur A B passio uero
elementorum passiuorum uocetur E F. Si ergo A B est æquale E F ut
scilicet sint actione & passione æquales habeo propositum: Si uero nõ:
aut A B superhabundat aut E F. Illud ergo i quo habũdat idest excedit
A B E F uocetur B D. Arguo ergo A B tantum agit quantum pati p̃ot

E F. Ergo B D non habebit in quo agat: & fieri actio: actio sine pa-
 tiente quod non potest esse. Si uero E F superhabundat ipsum A B uo-
 cetur istud in quo se habundat F G. Cum ergo E F æqualificetur F G
 non patietur: quia non habet quod in eo agat. De necessitate ergo est qd
 æqualificetur actio & passio elementorū siue actio passioni elemento-
 rū: propter quod sequitur elementa in mixto esse æqualia in uirtute: sed
 ut melius intelligas ponā dictā deriuationē in lineis sensualiter.

Ignis ignis A A elementa actiua B B aqua aqua

Terra terra E E elementa passiuua F F aer aer.

Denominatio B B habūdat actio D D denoiatio actiua

Denoiatio F F habūdat passio G G denoiatio passiuua.

Superactio actionis de necessitate est qd B D actio adæquetur F G
 passioni. Totū A ergo ad A G E G uel est actio sine passioe: uel ecōtra
 Siue totū A A B B ad A F G: E F G: uel est actio sine passioe ul' ecōtra
 Medici ergo nō habēt sic cōsiderare elemēta i mixto: put scilicet ueniūt
 ad cōpositionē mixti: sed prout iā sunt cōplexionata ex forma. Verbi
 gratia materia aialis uel plantæ est corpus ex quatuor elemētis cōfectū.
 Isti uero materiæ cōiungit forma: puta aia uegetatiua uel sensitiua. Et
 quia forma habet cōicari cōplexioni materiæ ex ista coniunctione aia
 sēsibilis cū materia elemētata resultāt q̄ttuor elemēta cōplexionata siue
 elemētata: utpote caliditas cōplexionata nō elemētalis frigiditas & sic
 de aliis. Et quælibet istorū uirtutē aia accipit subiectū in quo habundat
 ut caliditas coleram: frigiditas flegmam: humiditas sanguinem: siccitas
 melancoliā: propter qd est qd aialia citius corrūpuntur q̄ plāte & plan-
 tæ quā corpora mineralia: quia magis distincta cōtrarietas & suphabū-
 dantia qualitātū cōplexionatarū reperit in aialibus q̄ in plantis: & in
 plantis q̄ in mineralib⁹. Medici ergo notāt tales qualitates esse elemēta
 & ideo cū aliqua istarum superhabūdat in re complexionata dicuntur
 esse in mixto non æqualiter unita.

Vtrum actu elementa uel in uirtute sint in mixto
 posita Capitulum tertiū.



Ed dubiū Vtrū sint actu elementa uel in uirtute posita in
 mixto: & quidā sapientū ponunt qd sunt in mixto in uir-
 tute nō aut in actu. Alii uero qd sint in actu: & aliqui po-
 nunt i uirtute & nō in propria substātia actu. Et mouēt

tali rōne: quia si i actu essent in mixto tūc ignis haberet descēdere deo sū. Illi uero qui actu ponūt elemēta i mixto mouent' ex hoc q' uident i mixto uirtutē caliditatis & igneā. Cū igit' nō possit esse uirtus sine sub stātia dicūt oīno substātiās elemētoꝝ actu esse in mixto. Et respōdēt ad argumentū ipsoꝝ q' non oportet ignē descēdere de sphæra sua: quia in ferior est ignis a natura detentus ut fieret generatio mixtorū per ipsum. Ergo aut dico elementa esse actu in mixto sicut experimento didici: & ipsa elementa per artificiū separaui. Tamen distinguendū est hic: quon iā elementa nō sunt actu ut sit quodlibet in propria natura separatim sed sunt actu sicut in luto aqua est in actu & terra actu: non tamen po test dici q' aqua sit in actu separata a terra. Ita est in elementis: quia actu sunt elementa in mixto: nō tamen potest dici q' sint in actu i pro priis naturis: sed sunt in natura quod cōposuerūt: quia supra posui unū modū cōpositionis elementi seu generationis: nunc uero aliū quia mul ti possunt esse modi transmutationis elementorū & cōpositionis p cō parationē ad mixtū: sicut oculata fide cōspexi: ut in libro meo de gene ratione elementoꝝ diffusius tractaui materiā hanc.

De corporibus inferioribus sexta diuisio Caplm primū.

Nunc uero de corporibus inferioribus est tractandū. Sed quia hæc diuiduntur in mineralibus plantis & animali bus: ideo primo de esse & eētia mineraliū pertractem⁹ Mineralia aut diuidunt' in lapides & metalla: Esse ergo essentia & existētia est eadē rō i istis sicut i aliis creaturis excepto q' esse eētia & existētia educit' i istis i actu sup ponit' p plures trāsmutatiōes q' in elemētis uel corporibus supcælestib⁹ quia materia eorū est pluribus formis iuiscata & grossa composita.

De esse lapidum Capitulū secundū.

Materia aut lapidis ē aqua grossa habens multū de terre/ streitate ul' pagē secūdū puritatē ul' ipuritatē lapidū. Vñ secūdū q' dicit Aristoteles i libri sine methauroꝝ. Alii tñ dicūt q' ē calculū Auicēnæ: terra pura lapis nō fit sed poti⁹ terra aqua sicut uidem⁹ generari lapides i fluminibus quibuldā. Videmus etiā sal generari ab aqua salsa q' multū habet de terrestreitate & lapides p calorē solis & ignis. Est ergo materia lapidū aqua grossa. Agēs aut est calor uel frigus cōgelās illā aquā: & ad essentia lapidis i actu ducētes: Natura aut lapidis iuenit' i plātis & aialib⁹ quos quidē lapides nō sine magna uirtute cōsideres. Alii aut ipsoꝝ congelā

tur in ipsis animalibus uirtute animalitatis sicut carbunculus in capite
cuiusdam serpentis: & de multis aliis uirtuosissimis lapidibus: & cre-
das uirtuosiores esse lapides qui procedunt ab animalibus: quā alios.
Alii uero congelantur uirtute artificii cooperante natura: sicut dicit
Aristoteles quod quidam faciunt quandam aquam ex duabus aquis con-
fectam quam lac uirginis appellant: & congelant ipsam in lapidem.
Ista autem dicitur fieri ex litargirio phorum dissoluto in aceto eorum:
& aqua cuiusdam salis quod dicitur alkali similiter eorum. Vnde cum
qualibet istarum duarum aquarum maximarum sit ualde clara: ambæ
cum coniunctæ sunt immediate quodam effectu mirabili fit una aqua
spissa & alba sicut lac: cum ista ergo imbuunt quod coagulare uolunt:
& coagulant in lapidem: puta sicut calix argenti uel alterius corporis:
hac aqua imbibitur: postea chima ad lentum ignem ponatur: & fiet la-
pis: habet enim lac illud naturam coagulandi calces antiquorum in la-
pides. Vidimus etenim ex sanguine & ouo: ex capillo & cerebro & aliis
partibus aliquando fieri lapides mirabilis naturæ efficaciam & uirtutis:
Verbi gratia: de sanguine accipiebatur sanguis humanus & putrifiebat
in fimo: post ponebat in distillatorio: & distillabatur aqua alba ad mo-
dum lactis: postea augumentabatur ignis & distillabatur oleum: postea
feces quæ remanebant in distillatorio rectificabamus ut albæ fierent ut
nix: & reddebamus eius aquam & oleum: & fiebat lapis clarus & ru-
beus mirabilis & stupende uirtutis ut naturaliter fluxum sanguinis pa-
cientibus sisteret: & multas infirmitates a corpore expellebat. A plan-
tis autem extraximus aquas sic: scilicet comburebamus plantas in fur-
no calcinationis & post contundebamus in aquam: & aquam distilla-
bamus & congelabamus & fiebat lapis illæ optime uirtutis & efficaciam
secundum diuersitatem uirtutum plantarum. Quidam etiam per artifi-
cium faciunt lapides ut omnino uideantur in omni approbatione la-
pidum similes lapidibus naturalibus: utpote faciunt Iacinthum simi-
lem iacintho naturali: Saphirum similem saphiro naturali. Qui qui-
dem modus generalis est talis. Dicunt enim quod materia gemmarum præ-
ciosarum est cristallus: qui est aqua habens de terrestreitate congelata
per actionem fortem frigoris: Molunt ergo cristallum super marmo-
rem: & imbibunt eum quibusdam aquis acutis clarissimis dissoluen-
tibus ex sua actiuitate: molendo multoties & exiccando ut fiat quasi una
materia siue natura: postea ponunt illam confectionem sub fimo calido:

& ibi ad tēpus uel per tres dies conuertitur in aquā: quam aquā distillāt ut elarificetur & partes subtilientur: postea habent aliam aquā rubeam confectam ex urina puerorū: & uitriolo calcinato rubeo. Similiter multotiens distillant: & coniungunt ambas aquas secundū pōdera certa & ponunt in fimo ut melius coniungantur in simul & distillant: & postea ad lentū ignem in chima congelant: & fit lapis omnino similis iacintho. Quando uero uolunt facere saphirum: habent secundam aquā confectam cum urina puerorū & azurio: & sic de aliis lapidibus secundū diuersitatē colorum: Ex quibus omnibus patet materiam lapidū eē aquā: agens autem in illam aquā esse calorem uel frigus ut scilicet sit calor tenuis & frigus intensissimū: qui educit ab illa materia formā lapidis in actu suppositi. In lapidibus autem tria uidemus sicut in aliis rebus scilicet substantiam: uirtutem: & operationē. Et per operationes habemus iudicare de uirtutibus: & per uirtutes de substantia. Cum ergo uidemus operationes secretas efficacissimas & occultas in aliquibus lapidibus sicut sunt operationes naturæ seu corporū supercaelestium: non est dubium quin aliquando habeant de uirtute occulta corporum supercaelestium. Et si de uirtute aliquid: ergo de substantia. Et non dico q̄ de substantia stellarum sint compositi: sed dico q̄ habent aliquid supra uirtutem istorū nostrorum quattuor elementorum: & aliqui lapides participant aliquid de natura metallorum secundū q̄ tetigi in tractatu de corporibus supercaelestibus q̄ separaui a quibusdam corporibus elementa quatuor & depuraui: depurata coniunxi: & uenit mihi lapis tantæ efficacitæ ut etiā natura miret: cōtra quē nō habēt potestātē elemēta grossa inferiora: de quo hermes quem Aristoteles semper uocat patrem: & triplex fuit in philosophia idest perfectus omnino quo ad substātiās scientiarū & uirtutes earum dicit: fuit mihi gaudiū quale unquā fuerat uidēti quintam essentiā sine elementalī uictoria in inferioribus detineri: propter quod euidenter patet aliquos lapides aliquid habere de quinta eēntia. Hoc etiam patet per quendam librū antiquū in quo quidem lapides attribuūtur planetis & dominio ipsorū: unde si sculpantur in eis quædam figuræ planetarum & nomina dominorū siue intelligentiarū temporibus certis secundū q̄ præcipitura: uigmentatur uirtus & operatio lapidis: ut uirtutē eius quā ante secrete & occulte: uideas augmentatam: & quasi uisualiter & sensualiter operari.

De esse metallorū naturali acquisito a uirtute idealī siue formali secundū formā ipsarū septem erraticarū ad tantā idealitatem: ut nomina eo-

rum sint secundū nomen sui formantis. Caplm̄ tertiū.



Sic autem suppositi metallorū educitur a materia scita sua per planetas & per materiam siue naturam: similiter & per artificiū: cum sint septē planetae & septē metalla: & quodlibet metallum educitur a suo planeta: ut aurum a sole & uocatur sol: argentum a luna & uocatur luna: ferrum a marte & uocatur mars: Argentum uiuū a Mercurio & uocatur mercurius: stānum a Ioue & uocatur Iuppiter: plumbum a Saturno & uocatur saturnus: Cuprum uel a æs a Venere & uocatur uenus: Materia autem omnium substantiarum metallorum est argentum uiuum: unde in quibusdam metallis est congelatū debili congelatione: in quibusdam uero forti: itaq; fit gradus in metallis secundū gradus actionis planetarum & sulphuris omnino puri congelantis argentum uiuum: Et illa metalla in quibus purum est congelatum uel terrestre habent in se modum materiae: & in potentia per comparationē ad alia metalla: puta plumbū est argentū uiuū terrestre coagulatum ex sulphure subtili & pauco: quia actio sui planetae distantis & debilis habet se in potentia ad cuprū & ferrum: & argentum: & aurum. Stānū autem est argentum uiuū clarum coagulatum parum a sulphure grosso & non puro: propter quod se habet in potentia ad cuprū: ferrum: argentū: & aurum. Ferrum autem est ex argento uiuo & grosso & terrestri: & sulphure ualde grosso ex actione sui planetae fortiter coagulatum: & ideo habet se in potentia ad cuprū: argentum & aurum. Cuprum autem est coagulatum ex sulphure mediocri multo & ex argento uiuo grosso cooperante suo planeta: & ideo habet se in potentia ad argentū & aurū. Argentū est ex sulphure albo claro & subtili nō adurēte ex argēto uiuo limido & claro cooperante suo planeta: & ideo solū habet se in potentia ad aurū. Aurum uero est perfectius omnium metalloꝝ: & fit ex sulphure rubeo diaphano nō adurente: & ex argento uiuo claro subtili cooperante sole fortiter coagulatum: ita ut etiā a sulphure cremari nō possit a quo metalla cremantur. Patet ergo ex oibus his metallis fieri & fiet aurū: & ex oibus præter aurū & argentum. Et hoc patet in mineris argēti & auri a quib; etiā alia metalla extrahunt: & ibi reperiūt coniūcta cū marchesita auri & argēti. Ex quo nulli dubiū est qd si permitterentur qd in actione naturæ ad tempus in aurū & in argentum conuerterentur. Vtrū autē cū ex aliis metallis fit aurū destruant substantiales formæ aliorū metalloꝝ: aut quō hoc fit tractabimus in tractatu de esse & essentia

rerū sensibiliū: ibi tractabitur generaliter de hoc quid sit ueritas.

De esse metalloꝝ artificialiū Capitulū quartū.

Per artificiū fit etiam transmutatio metalloꝝ: ut esse unū metalli in esse alterius transmutetur: Sane patet illam potentiā deduci in actū: quā Aristoteles uel Auicēna dicant sciant artifices alchimix nunquā uere species transmutari posse: Sed postea sequitur nisi prius reductio fiat in prima materia: materia autē prima secūdu quod dictū est omniū metallorum propinqua: est argentum uiuū. Sed primū scilicet materia remota est aqua: sed cū hæc reductio sit multum coniuncta naturæ: imo quasi naturalis quantūcūq; per artificium natura imitetur: & ex hoc difficilis Ideo multi stulti facti sunt per hanc scientiam expēdentes iuuentutem suā & facultates suas in uanū: seducētes postea reges & principes: Et hoc est adeo ut reges desperando a ueritate huius scientiæ eam non perquirāt nec scire appetāt: Tot enim libri erronei totq; fatuitates totque operationū diuersitates ab istis ignorantibus scriptæ sunt ut cū omnia tua in operādo pro ipsa expenderes de sciētia desperādo effectū minime assequeris: Ego ergo hæc omnia cōsiderans & quomodo reges habuerūt operadores subtiles & uix aut nunquā potuerūt ad perfectionē puenire credidi hanc scientiā nihil fore. Sed ad me reuersus considerauī libros Auicēnæ & Aristotelis in secretis secretorū: & inueni eos uacuos rōne quātūcūq; factum, siue scientiam confuse & in enigmate aliquali ter declararent: considerauī libros contradicentium eis: & inueni eos alienationi similes. Considerauī etiam principia naturalia: & inueni p ipsa posse fieri. Vidi nāq; argentum uiuū penetrare & pertransire alia metalla: ut si intingas æs ex argento uiuo mixto cum aliquantulo de sanguine & argilla penetrabit eū interi⁹ & exteri⁹ & efficiet ipsū albū: quantūcūq; talis color non duret. Iam ergo argentum uiuū habet cōmixtionem cum corporibus & penetrationem. Considerauī igitur quod si retine retur quod non euolaret: & esset fixæ dispositionis cum corporibus: & faceret quod cuprū & alia corpora non comburerentur ab illis quæ comburunt cuprum & non comburunt argentum: sicut plumbū quod comburit æs & nō argentū quod esset uerū argentū: & haberet potestātē talē. &c. Sublimauī ergo argētū uiuū multo tiēs ita quod efficere fixæ dispositiōis ut. s. nō euolaret ab igne: quod sublimatū ī aquā dissolui ut fieret reductio ī primā materiā: & ex prædicta aq; calcē argēti & arsenicū sublimatū fixū

phificū multotiēs imbibi quod totū simul dissolui in fimo equino cali/
do quod dissolutū congelauit: & euenit mihi lapis clarus sicut cristallus
habens materiā fundēdi: & in corporibus penetrādi & retinēdi: Ita q̄
si parū huius supra multū æs proiceret statim educebat ab eo formā ar/
genti puri: quo nullū melius inuenitur. Accipiebā aut ut in aurū cōuerte
rem rubedinē sulfuris nostri buliendo ipsū in aqua acuta super lentum
ignē quæ aqua efficiebatur rubea quā distillabā per alembicū et remane
bat in fundo cucurbite rubedo sulphuris pura quā cōgelabam cū dicto
lapide albo ita q̄ efficiebatur rubeus: & paḡ huius supra multū æs pro
iectum efficiebat aurū purissimū. Iste modus quē pono generalis ē: nec
pono eū p̄pter hoc ut aliquis incipiat opari nisi forte esset multū p̄uect⁹
i modis sublimationū distillationū & cōgelationū: nec nō in formis ua/
lorē & i q̄litate & quātitate igniū: uidi etiā q̄ realgar sublimatū q̄ tūcūq̄
nō fixū p̄iectū supra cuprū dealbabat ipsū i tātū q̄ si medietatē puri ar/
gēti admisceas habebis bonū argentū: licet tamen impurū: nam ab igne
non exit album: hoc idem facit auripigmentū sublimatū. Sed iste mo/
dus dictus est transmutare unū metallū in reliquū. Est alius modus nobi
lior transmutandi scilicet argentū uiuū in aurū uel in argentū per uirtu/
tē sulphuris albi uel rubei clari simplicis nō urentis secundū q̄ dicit Ari
stoteles in secretis secretorū ubi poluit modū ualde generaliter & cōfu/
se: & dixit ad Alexandrū: diuina prouidentia iuuat te ad calādum pro/
positū & ad implendū archanum: propter qd̄ ego obscure tractabo: nō
scilicet noīando res a quib⁹ educit talis natura ita potens & tā nobilis
librū enī istū nō edidi p̄pter uulgares sed p̄pter p̄uectos: hortor aut ne
aliquis p̄sumat accipere opus propter hac quæ dicenda sunt: nisi sit
multū promptus i principiis naturalib⁹ & multū discret⁹ i modis distil
lationis dissolutionis: & cōgelationis: maxime ne sit hō qui uelit hoc pro
pter auariciam praparare: sed cum discretione & diligentia agere. Est
ergo quidam lapis mineralis a quo educitur hac uirtus scilicet sulphuris
albi uel rubei clari q̄ non aduritur: & educitur per separationem quat/
tuor elementorum & depurationem & coniuñtionem ipsorum.



De operis mineralis enumeratione Caplm primū.
N nomine domini Amen. Accipe de eo libra unam &
tritura fortiter super marmorem: & imbibe eum cū una
libra & dimidia purissimi olei oliuarum p̄horum ut si/
at sicut pasta: quam pastam pone in sartagine phifico
per ignem: & totum soluetur: & cum uideris spumam ru

beam ascendente: depone ab igne quousq; descendat. & cū descenderit
Iteꝛ pone sup ignē: & totiens reiterando quousq; fiat spissum sicut mel
postea proice super marmorē frigidum: & subito congelabitur ut fiat
ad modum frusti carnis aut sicut epar bene coctū: quod incide ad mo/
dum unguis tui in frusta: ut habeas tantū de oleo tartari quinta essētia
quantū est ipsū: & unā pone ad ignē i sartagine sua: & ferueat ibi quasi
duabus horis: postea pone in amphora uitrea lutata luto sapientia: &
sic stet super ignē tribus diebus & tribus noctibus: postea pone ampho-
ram cū medicina in aquam frigidā per tres alios dies: tunc confectionē
incide ad modū unguis tui: & pone i cucurbita uitrea: & suppone alem-
bicū & distilla aquā primo albā ad modū lactis: & hoc ē uere lac uirgis
Cum aqua distillata fuerit augumēta ignē: & i alia amphora extra aerē
& erit sicut aurū pulchrū quia in se continet ignē & remanebit terra i fū-
do cucurbita nigra: quā calcina i furno calcinationis quousq; fiat alba/
sicut nix: Tunc redeas ad aquā & distilla illā septies quousq; lamina cu-
prea extincta ter intus & extra dealbetur penitus: hoc idem fiat de aere
idest secunda aqua: In prima enim distillatione inuenies oleū & totam
tincturā siue ignē in fine cucurbita siue in fundo: sup quē reduc secundo
& tertio & reserua oleū: deinde accipe ignē in fundo qui est quasi san-
guis niger & mollis quē serua: Iteꝛ distilla per se oleū septies: & reserua &
examina cū lamina sicut fecisti de aqua. Et ecce nunc habes modū sepa-
randi elementa: Sed modū coniungēdi omnes fere ignorant. Accipe er-
go terrā & supra tabulā mundissimā uitreā ul' marmoreā tritura: & da
ei ad bibendum de aqua sua quantū ipsa ē in pondere: quousq; fiat sicut
pasta: & postea pone in alembicū & distilla cū igne suauis: & aqua quā
distillatur: iteꝛ illud quod in fundo cucurbita inuenies imbibe quousq;
aquā suam totā biberit: postea iteꝛ da ei aerē quantū est ad bibendum
eundē ordinē seruando sicut cum aqua: & eueniet ter lapis cristallinus
de quo si proicies parū super multum argēti uiui couertit eū in uerū ar-
gentum: & ista ē uis sulphuris albi nō adurentis: & cōpletur terra aqua
& aer .s. tria elementa: Si autē receperis sextā decimā partem ignis & cō-
miscueris cū hiis distillando & imbibendo sicut dictum est ter: ueniet la-
pis rubeus clarus simplex non adurens: de quo si parū supra multū mer-
curii proieceris cōvertes eum in purissimū solē. Iste est modus de lapide
minerali

De lapide minerali plantali & animali huius sextæ diuisionis uel
tractatus. Capitulū sextum.

C

*non illud lac
sympliciter*

aurū.



St & alius lapis qui secundum Aristotelem est lapis & non lapis est & mineralis & uegetalis & animalis ratio nalis qui reperitur in omni loco & in omni tempore: & apud omnem hominem quem debes putrefacere sub fimo & putrefactionem pone in cucurbita cum suo alembico & extrahe elementa eodem modo quo supra & cōiunge & eueniet ter lapis maioris uirtutis & efficaciam q̄ superior: Et nō mireris quia dixi q̄ putrefiet sub fimo calido: quia est quaedam uirtus in fimo æquino calido sicut debent artifices attentare ut si ponas panem frumenti sub eo ad decem dies efficitur uera caro admixta sanguine propter quod credo deum elegisse potius panem frumētū ut in corpus transubstantiaret q̄ aliquid aliud: Et possunt forte ab ista re educi quatuor elementa & fieri aliquod bonum opus: Ex omnibus ergo dictis patet ex quibus est compositum esse actuale suppositi mineralium & quomodo non educitur per naturam solum: sed etiam per artificium. Benedictus deus qui dedit talem homini potestatem: ut imitator naturæ existens species naturales commutare possit: & q̄ natura pigre & multis tēporibus operatur ipse quasi in instanti hoc operatur: Ecce alii modi sunt transmutandi metalla qui ponuntur in libris rasis & anchelai: & in libro septuaginta præceptorum & in aliis libris alchimicis: Et est modus operandi per spiritus: & dicuntur spiritus quia euolant ab igne Ad quod sciendū uero quatuor sunt spiritus qui habēt naturā quatuor elementorum & hi sunt sulphur qui habet spiritum igneum: sal armoniacum qui habet spiritū aereum Vnde alio modo uocatur aquila Mercurius qui habet spiritum aqueum qui alio modo uocatur seruus fugitiuus Auripigmentum uel arsenicus qui habet spiritum terræum Quidā uero operantur per unum istorum sublimando eum & in aqua conuertendo & distillando & congelando & supra cuprum proiiciendo: & conuertit ut dictum est seu ut dicunt Quidam uero operantur per duo istorum quidā per tria: quidā uero per omnia quatuor scilicet quolibet istorum sublimando per se multotiens quousq̄ sit fixum: postea quolibet per se distillando dissoluendo in aquam cum aquis acutis dissoluentibus multotiens imbibendo: postea uero quolibet de per se distillando & iterum simul aquas omnes coniungendo & iterum simul distillando & coniungendo habent lapidem album sicut cristallum de quo si parū proieceris super aliquo metallorum in ueram lunam transformat: Et dicunt q̄ ibi sunt elementa congelata & depurata: Quidam autem alii

operantur cum uno spiritu & cum corporibus & quantūcūq; hunc modum non probauerim: naturalis tamen uidetur & credo q̄ oībus quasi ignotus: Licet auicenna in epistola ad abacem patrem suum directam hunc modum aliquantū tangit: Ego uero cum tempus habuero hunc modum probabo.

De assignatione fermentorū Saturni ul' aliorū Capl'm septimū.



Accipiantur ergo duae partes saturni si fuerit opus ad solem & si ad lunam iouis & tertia pars mercurii & fiat amalgama: fiet enim quidam lapis frangibilis quem multociens super marmorem tritura & imbibendo aceto acerrimo & aqua salis comunis optime preparati uicissim imbibendo & disiccando quousque maximam in se retineat aquarum substantiam: Tunc ex aqua aluminis illius iameni imbibere quousque fiet sicut pasta mollis & pone ad dissoluendum & dissoluetur totum in aqua: quā aquā distilla ter uel quater & congela & habebis lapidē qui conuertit ad lunā Iouē.

De assignatione reductionis ad solē. Capitulum octauū



Ad solē recipe uero uitriolū depuratū & calcinatū rubeū & dissolue in urina puerorū & distilla totū & hoc totiens fac quousq; aq̄ sit rubea ualde: Tunc istā aquā cōiunge cū supradicta aq̄ antequā cōgelet & ambas aquas sub fimo aliquibus diebus pone ut meli' incorporent & ambas simul distilla bis & congela & habebis lapidē rubeum similem rubino de quo si unā partē supra septē mercurii proieceris uel saturni purgati in solē conuertit habet enim naturam fermenti: Reperiuntur etiam in libris multae opiniones aliae quae sunt infinitae confusae quae homines deducunt ad errorem & ad suorū siue utilitatis amissionem & maxime ignorantes de quibus prolixum est enarrare: Ego autē non cupiditate lucri sed ut uiderē oculata fide mirabiles effectus naturae & causas eorū non solum generales sed etiam speciales & immediatissimas non solum accidentales sed etiam essentiales ut cōspicerē istorū multa probaui & in separatione elementorū a corporibus (quod quidē opus est uerū & perfectū) tū tantū laborē tū tantū fetorē ac mei corporis imperfectionē perpeffus sum ut disponerē hoc opus nullo modo nisi maxima necessitate coactus iterum attentare.

Incipit septima diuisio de esse plantatum. Capl'm primū



IN plantis autem multum manifesta est essentia seu existētia: nam est in eis quaedam uirtus seu natura quæ temporibus certis ramificatur & plurificatur per plura esse suppositi per adiutorium & exercitationē aliquorū agentium exteriorū naturalium & artificialium: Illa ergo talis natura habet duplicem respectū ad deum: unus est actus: alius effectus: per primū dicitur essentia: per secundū dicitur existentia Quia quantum effectus est: oportet quod habeat existentiam in propria natura & sit actu aliquid quantumcūque per comparationē ad esse suppositi sit aliquid in potentia: Ex eo autem quod est aliquid in propria natura actu: habet in se quandam uirtutem actiuam quæ excitatur & uigoratur ut in completum actus suppositi deducatur Verbi gratia: Cum nulla rosa est in mundo in arbore rosæ remanet natura ista seu essentia quæ habet existentiam in propria natura quantumcūque non sit in suppositis: Et adueniente tempore per agentia exteriora utpote per calorem temperatum & per actiones corporum supercaelestium ac per artificium irrigando & agriculturando excitatur illa & uigoratur ut in actu suppositi deducatur & ramificetur per multas rosas actu quæ sunt idem in natura seu essentia diuersa quantum ad esse suppositi: Non mireris autem quod talis essentia plantarum potest educi per artificium: quia secundum quod docet in libro de agricultura per agriculturam & per artificium natura cooperante educitur in spatio unius horæ a semine cucumeris herba flos cucumer: Vidi enim quod seminabatur cucumer dum incipiebamus comedere in quadam terra confecta & statim procedebat herba & post flos & post cucumer in actu suppositi: ita quod comedebamus de eis antequa surgeremus de mensa: oportet tamen quod granum illud fuerit per aliquod tempus in lacte & in quibusdam confectionibus & irrigatur aqua confectio nata Et multa alia mirabilia quæ ponuntur circa hoc in dicto libro de agricultura.


De causa indiuiduationis plantarum Capitulum secundum.



IXistis planissime potest uideri causa indiuiduationis in rebus quantumcūque inter sapientes & philosophantium uulgus sint uariæ opiniones: Quia quidam materiā dicunt esse causam quidam uero formam: quidam autem utrunque: Ideo autem in istis hæc opinionum diuersitas reperitur quia actiones agentium non nisi generaliter præuiderunt: Ego autem specialiter & perfectius considerans dico tri-

plicē modum indiuiduationis secundū triplicem modū generationis
 qui peruenit a triplici modo actionis. Inuenimusq; q̄ quædā generant̄
 & indiuiduāt̄ p̄ cōmixtionē sicut lutū p̄ cōmixtionē terræ & aquæ: &
 etiā mixtū per cōmixtionē elementorū sicut metalla & lapides aliqui:
 secūdū q̄ dictū est: et de istis potest dici q̄ materia est principalis cau/
 sa indiuiduationis quantūcūq; etiā formā faciat ad hanc indiuiduatio/
 nē. Item inuenimus q̄ quædā generantur non per cōmixtionē: sed per
 speciē multiplicatē: & ipsius continuationē actionis corroboratio/
 nem ad actum completū deductionem: utputa sicut ignis multiplican/
 do speciē suam corroborat eam & in completā formam ignis deducit
 in continuationē. Et in istis potest dici q̄ causa indiuiduationis est agēs
 habens talem potentiā ut similitudinē suā in actionis complementū de/
 ducat per continuā actionē. Item inuenimus q̄ quædā generantur per
 coadunationē quantūcūq; uirtus generatiua sit in eo quod adunatur: sicut
 in generatione plantarū & animalū. Nam in essentia siue in natu/
 ra illa est uirtus actiua q̄ adiuta seu adunata & roborata per agētia ex/
 teriora seu in multa indiuidua sicut in granis: & ideo potest dici in istis
 q̄ principalis causa indiuiduationis est forma seu illa uirtus actiua quæ
 cum pauco adiutorio seipsam in plura supposita multiplicat. Ex his ue/
 re patet q̄ breuiter quid est in rebus causa indiuiduationis: & quantū/
 cūq; aliæ causæ faciant indiuiduationē: itaq; per hæc patet quæ sit cau/
 sa indiuiduationis in quolibet generato.

De uirtute generatiua Capitulum tertium.


 Sse autem suppositi plantarū est compositū ex sua for/
 ma uegetabili & ex materia composita mixta habens in
 se naturam seu uirtutē mineralē: quia sicut iam dictū est
 a corporibus plantarum extrahuntur lapides. Ad istud
 autē esse attribuitur triplex uirtus scilicet generatiua: nu/
 tritiua: & augmentatiua: nam plantæ generantur: nutriū/
 tur: & augmentantur. Cū ergo in uirtute nutritiua & augmentatiua
 requiratur quædam generatio & transmutatio: Ideo de generatione est
 uidendū utrum fiat in tēpore aut in instanti: maxime cū inter sapientes
 maximū sit discidiū: Aristoteles intellexit ipse & omnes sui sequaces ui/
 dentur ponere q̄ fiat in instanti: & in hoc errauerunt: nam generatiōes
 non essent tantū sed motiones. Itaq; cum ignis agit in lignū ut genere/
 tur ignis primo calefacit lignū: & materia ignis adaptatur: ut adaptata
 formam ignis in instanti suscipiat. Sed si ita Aristoteles intellexit: male

intellexit ipse & sequaces sui omnes in hoc: Secundū enī q̄ superius tactū est agentia naturalia agunt per similitudinem suam in mittendo in ipsā in patiēs: Et aliquando per continuam figurationem inducunt eam in actu completam maxime si patiens sit sub continua forma contra quā potest agens: quia istud agens quod non habet formam contrariam nō potest educere similitudinem suā in actu completo Verbi gratia ignis multiplicando speciem suam per medium illa similitudo inuenit contrariam formam maxime si illa contraria forma habuerit siccitatem sicut lignum quod est frigidum & sic cum statim incipit agere contra formā compositā quod agens quasi naturaliter sentiens uigorat scilicet suam speciem per continuam actionem & fortem & in actum completum deducit ut fiat ignis uerus in lignum ut destruat formā ignis ligni quæ est sibi cōtraria quam etiam destruit: & induit formam carbonis qui adhuc aliquantulum sibi contrariatur quam etiam destruet & in cinerem trāsmutabit: Contra autē formā cineris amplius non aget quia est calidus & siccus: Ideo etiam est quia homini uel animali uel plantæ nullæ formæ contrariantur omnino non potest per similitudinem suā generare: sed est eis datus modus alius a natura: Igitur immutat speciem suam in passum: quæ species & qui ignis uidelicet passus eidem est in specie & in essentia cum igne quantumcūq; adhuc non sit in esse suppositi completo habens tamen aliquid de accidente inseparabili siue de natura uel uirtute ignis scilicet calefaciendi: Calefacit igitur aliquantulum lignum ita q̄ sicut fit calefactio ita fit speciei roboratio & generatio: & quando calor est in intensissimo actu tunc potest dici q̄ species est in actu suppositi cōstituta & est ignis generatus: Caterum est q̄ nunquā generatio est sine uirtute nec uirtus sine substantia: Iam enim superius dictū est uirtus calefaciendi erat essential' ipsi igni quantumcūq; operatio est ei essentialis uel calefacere Quia non solum recipit uirtutem sed aliquid aliud extra scilicet id quod calefacit: Igitur si in ligno est calefactio uel in aqua oportet q̄ ibi sit uirtus calefaciendi & si uirtus substantia scilicet ignis secundū gradū caloris erit ibi uirtus & secundū gradū uirtutis erit ibi substantia quousq; sit ibi completa actus generatio. Nec ualet instantia q̄ duæ formæ substantiales contrariæ sint in eadē materia utpote in materia aquæ forma ignis & aquæ quæ bene fieri potest in materia eadē duæ formæ contrariæ uno completo actu alia non completo: uidemus quasi ad sensum corruptiones non fieri in instanti sed in tempore sicut oculata fide uidimus in transmutatione elementorum metallorum & lapidum in

quibus uidimus in corruptionibus esse gradus: Cū ergo corruptio uni^{us} sit generatio alterius: manifestum est generationes non fieri in instanti: Sed ut ualeamus Aristotelem & uulgus philosophantium aliquantulum sustinere distinguamus de generatione quantumcūque hæc distinctio etiam in aliis motibus locum habere possit: Et dicamus quod generatio est in fieri & in esse fieri generationis: est in tempore: Sed esse generationis siue complementum quod est generatum esse ē in instanti de duobus alterū. Vel dicimus quod generatio est in fieri & in esse fieri generatōis est in tempore secundum esse generationis siue complementū quod est generatum in instanti: Sed quare potius Aristoteles posuit generationem esse mutationem quā alios motus quia generatio habet multa impedimenta & quasi infinita: Ita quod quantumcūque procedat a termino a quo: tamen non peruenit ad terminum ad quem: propter quod dixit generationem esse cum erat iam in actu completo & complementū illud dicit generationē quæ fit in instanti: Alii autē motus non habēt tot impedimenta: propterea non dixit complementum motuum esse motū: & per consequens non dixit ipsa esse mutationes sed motus: Modi autem generationis generaliter superius dicti sunt.

De modo generationis plantarū Capitulum quartū.



Sed specialiter modus plantarū generationis triplex est: scilicet per insertionē: per grani seminationē: & per ramorū plantationē. Et de insertione est mirabile & secretum quomodo una arbor nutrit aliam: & fructum eius in actum propriū deducit: sicut si ficum inseras in piru: educit ficus & nō pira. Vnde in libro de agricultura ponuntur multa & mirabilia experimenta de insertione ut si accipias persicum & inseras in salicem habebis persica sine grano: Docet ibi etiam quod racemus potest esse in medietate alb. is & in medietate niger scilicet quod accipiatur medietas uitis albe fissæ & medietas nigra: & coniungantur & ligentur & inplantentur: Docet quomodo racemus sine botris sit ut uitis scindat & illud quod dicitur cor abstrahat & ligent & plantet & nō ponit causas istorū speciales: quātūcūq; faciles sint sapiētibus: Generalis uero causa de inserto quō habet eē & quō nutrit est ista cū fertū inserit habet uitā & aiā uegetatiuā & uiget i ipso: Aliter nūq; uiueret

sicut experimento probauimus. Illud etiam in quo inseritur oportet quod uiuat. Cum ergo in utroque sit anima uegetatiua a uirtute animæ uegetatiuæ quæ habet animam nutriendi & augmentandi. conglutinantur & coniunguntur taliter quod fit unum. Cum ergo illa arbor tota in qua insertum est per radices accipiat alimentum: quod alimentum habet se generaliter ad diuersas partes ramorum: quousque per uegetatiuam animam fit conuersum: quæ quidem uegetatiua conuertit secundum quod quilibet ramus exigit habet conuertere illud alimentum ad naturam illius rami inserti: Cum ergo per istud alimentum fiat nutritio nutritur secundum naturam suam per animam uegetatiuam mediante alimento & nutritione ut fiat augmentum secundum naturam suam: Et cum per eandem animam mediante elemento nutritiuo & augmentatiuo fiat generatio generantur fructus naturæ: Hoc autem magis enidenter patet in animalibus ubi ab eodem alimento nutritur augmentatur & generatur os caro nerui pinguedo sanguis & sic de aliis per uirtutem animæ uegetatiuæ cuius conuertere est illud alimentum per uirtutem ad naturam membri.

De uirtute nutritiua & augmentatiua. Capitulum quintum.



DE uirtute nutritiua & augmentatiua est ualde mirabile quomodo fit modus nutritionis & augmentatiōis: & quæ uirtus aut quæ materia est illa ex qua fit nutritio et augmentatio. et quid sit modus nutriendi: Circa enim ista multum philosophantium errat uulgus: et inter sapientes maximum est dissidium multum: Multum enim in istis in sensibilibus operatur natura Ego autem aliquid tractabo breuiter quoniam cumque hæc materia sit distincta ualde: Materiam autem ex qua fit mutatio melius nouerunt medici quam philosophi quia magis spectat ad considerationem medicorum: Est ergo materia ista quædam massa ptisanaria confecta ex succis et quasi uirtutibus diuersorum cibariorum et potuum uel terræ pinguis sicut in plantis a calore naturali eligente quod est proficuum et refutante quod est nociuum: ptisana sic enim est quidam succus: Cum ergo ista materia est a calore naturali electa et a natura contraria separata per quendam appetitum naturalem quodlibet membrum corporis attrahit ad se de ipsa secundum uirtutem actiuam et appetitiuam quæ est in membro: Anima uero uegetatiua existens in quolibet membro conuertit illud ad naturam illius membri et nutrit eum ex ipso: Si autem tanta uirtus actiua in membro fuerit tantus calor: naturalis & appetitus attrahendi de illa massa quod sufficit ad nutriendum & augmentandum: per

uirtutē animæ uegetatiuæ nutrietur: & augmentabitur illud membrū.
Si autē uirtus membri non est tanta: nec calor nec appetitus: ut tantum
attrahat: nutrietur solum & non augmentabitur: imo ita parum pote
rit attrahere q̄ nutritio erit ualde debilis: & corruptio appropinqua /
bit: ut in senibus & in foeminis. Potest autem argumentum fieri contra
hoc Quia illa materia quæ recipitur in membro aut recipit̄ i uacuo aut
in pleno: non in pleno quia sic duo corpora essent in eodem loco: non
ergo recipitur in membro: Ad hoc dicendū q̄ caro nerui os & omnia
membra sunt porosa: Illi autem pori sunt repleti quibusdam fumosita /
tibus ita quod adueniente alimento fumositates cedunt: & replentur
pori uel alia caro sentiens tumescit & augmentatur & tumescendo po
ri iterum generatur & fumositatibus illius quod aduenit replentur itere
& adueniente iterū ita alimento in ipsis recipit̄ ut iterū tumefiat & pori
generat̄ & crescāt & fumositatibus repleat̄: propter quod nō sequit̄
uacuum nec duo corpora eē in eodē loco: patet ergo & materia & mod⁹
augmentationis & nutritionis: De esse ergo & essentia & de uirtutibus
uegetabilibus dictum est.

De esse & essentia animalium huius octauæ diuisionis. Capl'm primū.

E esse autem & essentia animalium est aliquid perscrutā /
dum: Essentia autem animalium est uirtus quædam a deo
creata existēs in spermate quæ excitata & uigorata per
aliqua agentia exteriora deducitur in actum completum
sicut in illis quæ generantur per seminis effusionē: Vel est
quædam uirtus insita alicui materiae elementatæ quæ ex
citata & uigorata per aliqua agentia superiora deducitur in actionem
sicut in illis quæ generantur per propagationē sicut mures aliqui & uer
mes & multa alia animalia: Agentia autem exteriora sunt in illis quæ ge
nerantur ex semine & per corpora supercaelestia: Sol enim & homo ge
nerant hominem secundū Aristotelem & matrix foeminæ: quæ se habet
per modum agentis artificialis & naturalis In quantum enim uirtutem
in semine per calorem naturalem ibi existentem conseruat & conserua
tum excitat & uigorat est agens naturale: In quantum uero excitatum
& uigoratum nutrit sanguinem menstrualem habet se sicut agriculor
in plantis & quasi artificialiter siue quodammodo: propter quod est q̄
mulieres pregnantēs non patiuntur fluxum menstrualem secundum q̄
dicit Aristoteles in libro de animalibus & nutriunt inde foetum secundū

hoc patet q̄ essentia animalium non educitur a materia muliebri: sed a se-
mine masculi: Aliqui aut̄ uolunt q̄ essentia hōis educat̄ a semine fœmi-
næ & masculi per coitū adunantē quod non credo. Rasis de propieta-
tibus mēbroꝝ animalium ponit unum experimentū cōtra hoc: sed utrū
sit uerū nescio: Scio tamē psū fuisse maximum philosophū & medicū
quē Auerrois sup̄ omnes antecessores suos laudat. Dicit ergo q̄ si acci-
piatur semen hominis & reponatur in uase mundo sub caliditate fimi
q̄ ad triginta dies erit inde generatus homo habens omnia mēbra ho-
minis: & eius sanguis ualet ad multas infirmitates secundum q̄ ibi po-
nit: Si hoc est uerum nescio: bene credo illum hominē non habere pos-
se animam rationalem: quia non est ex coniunctione maris cum fœmi-
na: Sed nulli dubium est q̄ sensitiuam habet: Ex hoc uidetur quantū fa-
cit fœmina ad generationem animalium: quia parum in illis quæ gene-
rantur per propagationē educit̄ essentia in actū p̄ corporū sup̄calestiū
actionē p̄ aeris dispositionē. Vidimus etiā aliquādo quando pluit statū
immediate cum gutta pluuie tangit terram: efficitur ex illo lutulo rana:
Propter quod dicunt uulgares q̄ aliquando pluit ranas. Quædam au-
tem sunt semina animalium: in quibus ista natura seu essentia non est in
tanta uirtute actiua ut in matrice possit in actum completum deduci: si-
cut fiunt oua que postea per calorē temperatum & humidū deducun-
tur in actū suppositi. Vnde in quadā terra tēpore æstatis ponunt sub fi-
mo & pullificant sine matre.

De esse suppositi animalium: & utrum sint composita ex pluribus
formis Capitulum secundū.

Hic autem suppositi animalium est compositū, ex sua for-
ma sensitua: & ex materia corporea elementata & ele-
mentatiua habens formā materialē plantalem: hoc enī
patet experimento: quia a materia animalium educuntur
lapides secundū q̄ dictū est: & ab eadē materia animali
generatur planta sicut qui sub terra ponunt muscas: in-
de generantur menta secundum q̄ dicitur in libro de agricultura. Sed
quoniā tangitur quædam questio de formis: utrū scilicet in eodem esse
suppositi possint cadere multe formæ. Ideo illam generaliter pertracta-
bo: maxime q̄ inter magistros maxima sit contrarietas ac opinionum
quasi infinitarum diuersitas: ita q̄ ille qui circa hanc materiam nouita-
tem aliquam inuenerit se inter alios reputet sapientem cum magis ueri-
tatē perquirere & considerare deberet. Sed si naturalia sensualiter per-

tractasset ueritatem utiq; melius prauidisset. Quidam autem ponunt
omne esse suppositi esse in uno supposito .idelicet esse compositum, ex
forma sua una: & ex materia prima sine corporeitate & forma alia. Di-
cunt enī q̄ illa forma ultima habet naturā & uirtutē omniū formarum
precedentiū in materia: nam dicitur forma completiua: quia ipse com-
plet totū esse materiæ & potissima ipsa ratio fuit hæc: quia esse suppo-
siti est per formā. Si ergo in aliquo sunt plures formæ: erunt ibi plura
esse suppositi: & sic in uno supposito erunt plura supposita: quod esse
non potest. Alii autem non minus istis dicunt q̄ ibi sunt omnes formæ
precedentes in materia: sed habent se quasi materialiter per comparati-
onē ad formā completā siue ultimā potentialiter: & completū per illā
formā completiua: ut omnes habeant unū esse actuale: scilicet formæ ul-
timæ: quantūcūq; etiam materia qualibet habeat suum esse: quod tamē
est in potentia per comparisonem ad formam ultimam. Vnde dicunt
non esse incōueniens plures formas esse in eodē esse suppositi: quæ qui-
dē formæ uel esse sunt materialia: & in potentia suppositi per cōpara-
tionē ad completū esse: nec est inconueniens illud quod in se est actum
essendi in potentia per cōparationē ad aliud quod est magis in actu. Et
hanc probant per multas rationes & auctoritates naturales & theolo-
gicales ueras & opiniones optimas. Si sic eēt: seq̄retur q̄ corpus christi
uiuū & mortuū non esset idem in numero: quia per aliā formā nō esset
corpus mortuū q̄ per corpoream: & uiuū q̄ per animam. Ex quo sequi-
tur q̄ corpus christi quod est sacrificatum nō esset idem cum illo quod
resuscitātū est & est in cælis: & multa alia sequerentur. Vnde omnes cō-
muniter ponunt: non uolentes sustinere tot inconuenientia: & dicūt
in homine duas esse formas scilicet animā, rōnalē & formā corporeita-
tis. In aliis autē rebus nō esse nisi unā solā formā. Et hoc probant argu-
mentis aliquibus naturalibus: & uno argumento fidei: ad quod dicunt
nullo modo posse responderi fide supposita: & est tale. Tota substan-
tia panis transubstantiatur in corpus christi. Si ergo totū transmuta-
tur in totum: & pars in partem: de necessitate illæ partes magis similes
transmutabuntur in partibus magis similibus: utpote forma in forma
& materia in materia. Ergo materia panis mutabitur in materia cor-
poris christi q̄ est corpus & forma panis in aīa. Si ergo aliæ formæ sunt
in pane non habebunt in quo transmutent: ergo totus panis nō muta-
bit in corpore christi qd̄ est falsū: igit̄ non erit dare nec potest dare nisi

primam materiam quam mutatur in corpore christi & formam panis quam mutatur in animam: & ergo sicut in pane sic in aliis rebus est. Ego autem uidentis per effectus causas: dico plures formas informare eandem materiam & in eodem esse suppositi esse plures formas & plura esse suppositi non tamen contraria. unde secunda opinio uera est & recta quantum cumque aliquantulum diminuta: Ad quod uidentum est quod omnes formae naturales quae corrumpuntur a suo contrario secundum quod Aristoteles ponit in multis locis. Simile. n. non corrumpit suum simile: sed si simile agit in simile agit uel ut perficiat: uel ut adiuuet: Et hoc patet in omnibus: cum enim ignis agit in terram ut ignem educat: caliditas eius agit in frigiditatem terrae: Siccitas autem terrae non resistit actioni ignis: imo potius adiuuat ipsam & citius per hoc actio eius completur: per quod dicit Aristoteles in habentibus similitudinem faciliter fit transitus: propter quod est quod citius transmutatur terra in ignem quam aqua: Si ergo est aliqua forma in materia minerali quae sit contraria formae uegetatiuae: cum ex minerali educitur uegetatiua destruitur illa per actum formae uegetatiuae. Formae autem actiuae quae non sunt contrariae uegetatiuae cum non habeant a quo destruantur: quomodo non remanebunt maxime quod non impediunt actionem uegetatiuam imo iuuant. Verbi gratia: massa ptisanaria habet formam corporeitatis: & habet formam mineralis: sicut patet in coagulo quod habet naturam siue materiam ex forma minerali coagulandi lac & aliqua alia. Ista autem massa ptisanaria per membra uirtute animae uegetatiuae distenditur: & in quodlibet membrum conuertitur: & ex ipsa nutritur & augmentatur. Formae autem contrariae impediunt actionem animae uegetatiuae una cum parte materiae refutantur & expelluntur per sterces & remanent formae non contrariae adiuuantes. Sic enim omnes formae destruiuntur in conuersione illius massae ad uegetatiuum & sensitiuum secundum dispositionem cuiuslibet membri: & solum manet materia prima & forma uegetatiui & sensitiui. Nulli dubium est ex tali massa non posse nutriri & maxime augmentari membra. Item anima uegetatiua cum non sit contraria formae minerali: nec anima sensitiua animae uegetatiuae: nec anima rationalis eis: quoniam adueniente una: aliae inde non destruerentur: imo potius & perficerentur & auerentur. Vidimus enim quod antequam anima rationalis infundatur: in embione sensus est sicut dicit Aristoteles: & patet in illo experimento rasis supradicto. Et habet ille embrio ossa neruos & carnes. Cum ergo uideamus quod non destruitur eorum forma adueniente anima rationali

nam si destrueretur & omnino haberet esse per animam rationalem: unde una forma sic differret ab alia: & ita possem dicere quod caro est os: quod patet ad sensum falsum. & c. per effectus quod caro est sensibilis: os uero non: multo minus destrueretur forma sensitua & uegetatiua. In mineralibus etiam uidemus esse formas elementorum & formam propriam: sicut multotiens separauimus & coniunximus & experimento uidimus de sanguine & de multis partibus animalium. Sed dicunt quod cum anima rationalis uel sensitua uel uegetatiua recedit: quod statim immediate illa materia recipit formam quandam quae recipit omnia accidentia similia illis accidentibus quae ante erant cum ipsis: puta cum auis destructa sensitua illa materia prima immediate informatur quadam forma quae remanet omnes conditiones accidentales illius auis. Mirabile uero est quomodo tot formae accidentales ita quasi in instanti destruantur: & iterum introducantur aliae ita insensibiliter ut tam magnae quantitatis mutatio & generatio per aliquem sensum perpendi non possunt: nec tot qualitates ac colores: nec causa uera assignari potest: quare illa eadem accidentia eiusdem dispositionis omnino: eiusdem quantitatis iterum adueniunt cum ista forma noua. Nota quare non mutatur quantitas in aliquo uel dispositio. Non alia potest ratio assignari uel esse: nisi quia in eadem materia corporali cum forma corporali remanent accidentia. Et quia forma non destruitur quantumcumque sensitua destruat: ideo accidentia omnia remanent in eodem numero. Item uidimus in animalibus esse coleram & sanguinem: & ibi coleram differri essentialiter a sanguine: quia sanguis habet uirtutem immediate progredientem a substantia calefaciendi cum humectatione. Colera uero habet uirtutem calefaciendi cum dissiccatione. Igitur diuersae erunt formae colerae & sanguinis: & melancolicae: & flegmatis. Nec esse potest quod contrariae uirtutes & operationes procedant ad unam & eandem formam. Ex his igitur patet quod possunt esse plures formae in eodem esse suppositi quantumcumque omnes sint materiales & potentiales per comparisonem ad formam ultimam ipsam perficientem & complementem. Ita tamen quod contrariae formae illi ultimae formae ab actione eius corrumpantur: formae uero non contrariae remanebunt. Argumentum autem illud de fide dicunt demonstrationem esse: factuum est & nullum: cum sit contra fidem: & contra suum propositum cum dicit: si totum conuerteretur in totum: ergo pars in parte non sequitur nisi in totis quantitatis. Nec habet locum in essentialibus. Unde mutatur tantum in quid: & sic peccat contra fallaciam figurae dictionis. Se-

eundem enim quod dicit Aristoteles in libro de generatione in generatio-
nibus totum transmutatur in totum: & non in partem: quia iam essent
tres generationes in quolibet generato: & tres transsubstantiationes in
corpore christi: panis enim conuertitur in corpore christi: non mate-
ria panis nec forma panis: sed esse uel essentia quae resultat ex ipsis: scili-
cet essentia panis quae est diuersa a forma & eentia eius: & a materia &
eentia eius: nisi materia panis conuertitur in materia christi: aut conuertitur
in corpore christi solum: & forma panis in anima: & forma in diuinitate
aut conuertitur in corpus christi: & forma in anima solum. Si autem materia
panis conuertitur in corpus christi et forma in animam et diuinitatem
cum in corpore christi secundum eos sit forma corporeitatis: oportet
quod in materia panis sit etiam forma corporis: uel totum non transmu-
tatur in totum: quia illud siue aliquid esset in christo in quo panis non
esset transsubstantiatus: Sed forma corporea uel in corpore forma: si
etiam forma panis conuertitur in animam & diuinitatem: cum anima sit
secundum essentiam diuersa a deitate: oportet quod duo transmutentur in ipsis
& sic erant ad minus duae forme in pane: una conuertitur in animam:
alia in deum. Si autem materia panis in corpus christi & forma in di-
uinitate mutatur: quomodo poterit esse ut una essentia conuertatur
in tribus: ut materia prima conuertatur in materiam christi: & in for-
ma corporeitatis: & in anima christi. Si autem materia conuertitur in
corpus christi & forma in animam tantum: tunc sequitur quod aliquid sit in
christo: utpote deitas quae non fuerit transsubstantiata: nec totum con-
uersum sit in totum: sed totum in aliquas partes. Quomocumque ergo
uolueris argumentum: magis est contra propositum quam ad propositum.
Nec potest esse quod licet totum conuertatur in totum quod pars conuerta-
tur in partem: quia hoc non habet locum in totis & partibus essentia-
libus. Ponunt etiam aliud argumentum: quod cum ultima forma habeat
potentiam omnium aliarum formarum: si formae remanerent iam inua-
num esset. Sed natura non patitur uanum: ergo corrumpitur. Ad hoc
dico quod concedamus quod ultima forma habeat potentiam aliarum tali-
ter quod illa potentia deducatur in actus diuersarum formarum sine admi-
niculo ipsarum: uolumus adhuc concedere. Sed posito quod habeat po-
tentiam omnium aliarum formarum: cum ultima forma sit occupata cir-
ca actum suum proprium: oportet quod habeat adminiculum ad actus ipsa-
rum: quantumcumque illud adminiculum habeat se quasi passive. Verbi gra-
tia: anima rationalis occupata est contra actum quem dat corpori orga-

nico: & occupata est contra operationes suas: utputa contra intelligere & uelle. &c. Ne ergo impediatur isti actus dedit ei natura adiuuamenta aliarum formarum precedentium: utpote formae sensibilis & aliarum formarum: quas quidem complectitur & perficit: quae perfecte agunt operationes suas: utpote per formam sensibilem: quae perfecta perficit sensus ut agant operationes suas propter formas proprias seu potentias: Et ad hoc potest dari exemplum sensibile: rex habet potentiam in regno suo omnium balinorum: & ipse uel potentia sua praesens est toti regno: uel licet ipse praesens non sit: tamen quia ipse est occupatus pluribus: & non potest suam potentiam per se in locis omnibus exercere ponit ballinos qui perficiunt regis potentiam & exercent iusticiam: non tamen sine rege. Unde potestas ipsorum est in potentia per comparationem ad regem. Sic est in formis: propter quod formae praecedentes in materia non remanent in uanum: Et quia anima rationalis est simplex non potest plures actus exercere: Ideo data sunt ei adiuuamenta: ut sciat uidere actu & audire actu simul & tangere: quod non posset esse si solum anima rationalis in forma remaneret: quia tunc non differret auditus: a uisu essentialiter. Ex his igitur omnibus patet omnes formas exceptis contrariis adueniente ultima in materia remanere.

De uirtutibus animae sensibilis Capulum tertium.



Esse autem suppositi animalium in aliquibus est magis perfectum: in aliquibus magis diminutum. Et hoc patet per uirtutes progredientes ab ipso: Progreditur enim ab ipso uirtus uidendi: uirtus audiendi: gustandi: odorandi: tangendi. Aliqua enim animalia sunt secundum Aristotelem in secundo de anima quae solum habent sensum tactus & nullum alium sensum: sicut in conchis marinis: propter quod merito apparet quod uirtus tangendi immediatus peruenit a substantia sensibili quam aliae uirtutes. Aliqua uero animalia sunt quae habent duos sensus: aliqua quae tres: aliqua quae quattuor. Solum autem illa perfecta sunt quae habent quinque sensus. De natura uero istorum sensuum & de modo apprehendendi ipsorum satis sufficienter tractavi in quadam compilatione primi & secundi libri de anima sequens ibi uestigia Aristotelis & Rogerius Bacon optime tractat in libro suo de sensu: propter quod non est necessarium de his hic tractare. De esse ergo & essentia animalium haec sufficiant.

De esse & essentia accidentium none diuisionis Capulum primum.



Quonia aut de esse & essentia substantiæ tractatum est: nunc de esse & essentia accidentiũ pertractemus: ut cum etiã de esse & essentia intentionali pertractauero hoc opusculum compleatur. Inter philosophos autem & magistros oritur contentio de essentia accidentiũ: utrum scilicet habeant essentia: uel quod idẽ est habeant rationẽ creaturæ. Et quidam ponunt quod non sunt creaturæ & per consequens non sunt: sed sunt quidam res quæ progrediuntur ab operibus rerum: siue sunt operationes rerum: & propter hoc quia non habent essentia non possunt per se esse: Unde non habent esse secundum omnes nec differunt inter se: nisi quia procedunt ab operationibus diuersis substantiæ uel quia sunt in diuersis substantiis: Nam si accidentia haberent rationẽ creaturæ seu essentia: cum tamen non differant in esse a substantia in qua sunt: facerent differre unã substantia ab altera essentialiter: imo a se ipsa: Unde dicunt totã naturã proprie esse inesse. Ista aut opinio difficilis est & extranea. Alii aut dicunt accidentia omnia ut pote quantitas qualitas. &c. habere rationẽ creaturæ & essentia: Sed quia hæc essentia fuit a deo parum impressa habet parum de existentia & de uirtute actiua: propter quod non potest habere esse suppositi: sed inesse supposito: Et hæc opinio magis consona est ueritati. Ego uero magis specialiter considerans distinguo de accidentibus: & dico quod sunt quedam accidentia essentialia siue habentia rationẽ creaturæ sicut quantitatis qualitatis. Alia aut sunt realia non tamen habentia essentia absolutã: Sed solum esse ipsorum in quodam respectu quantumcumque iste respectus sit aliquid reale non tamen essentialiter diuersum. scilicet ab illo in quo est: ut pote sunt multæ relationes. Alia aut accidentia sunt intentionalia: nec differunt ab istis realiter seu essentialiter: sed solum secundum intentionem: ut pote omnia alia predicamenta actualia a quantitate qualitate & relatione. Ad quorum maiorem euidentiã nota quod sunt quedam accidentia intima substantiæ corporeæ: & ita intima quod quasi eiusdem essentia uidentur esse cum ipsa: cuius modi sunt quantitates: Et dicunt sapientes noui quod est duplex quantitas confusa & determinata: Quantitatem confusam dicunt esse essentialiter idem cum materia corporali. Quantitatem uero determinatam dicunt esse predicamentum essentialiter a substantia separatum. Sunt & alia accidentia quæ adherent substantiæ mediante quantitate: sicut omnes quantitates corporales & in istis magis præditur diuersitas substantialis a substantia quam in quantitatibus. Iste ergo quantitates & qualitates differunt a substantia & inter se essentialiter quantumcumque non differant in esse actuali nisi prout sunt in diuersis sub-

iectis. Vnde diuersa genere & specie possunt accidentia habere idē esse
suppositi: huius autem ratio est: quia secundū q̄ t actum est superius ali
quæ creaturæ multū participāt de diuina bonitate ita q̄ sunt actu in p̄
pria natura per esse existentia siue esse suppositi ut pote substantia spū
tuales: Quædam uero sunt quæ nō tantū participant de diuina bonita
te: ut sine adiutorio naturæ possint esse in cōpleto actu: & ideo indigēt
esse suppositi. Aliæ uero res sunt quæ ualde remisse participāt diuinam
bonitatē quia non sunt creatæ propter se: sed propter pulchritudinem
creaturæ magis perfectarū p̄pter qđ parū habent de existentia: & ita
pax q̄ nullo modo possunt excitari ut habeant cōpletum esse per se p̄
pter q̄ natura dedit eis esse sicut sūt qualitates & quātitates: Qualitates
ergo & quantitates habent naturam & rationem creaturæ & essentia
quantūcūq; sint imperfectæ & diminutæ. Cum igitur de se non possint
habere esse: sed inesse supposito de necessitate erit q̄ accidentia sequūt
possibilitatē suppositi & non naturam propriam: quantū ad esse. Cum
ergo idem suppositum sit in potentia ad diuersa accidentia habebūt idē
esse seu in hārebunt eidem: & idem accidens poterit esse in diuersis sup
positis: Relationes uero quædam sunt reales: quædam uero intentionales
Reales sicut paternitas: dominatio: Intentionales sicut dextrum & sini
strum domus. Reales autem quantūcūq; dicant aliquid reale nō tamē
essentiale: quia essentia dicit aliquid absolutum: Relatio autem non di
cit nisi respectum. Vnde in istis reperitur esse suppositi in subiecto nō ta
men esse essentia prater subiectum: Verbi gratia: paternitas est quidam
respectus ad filium: & non dicit aliquid absolutum prout est relatio &
ideo non est aliquid essentiale: est tamē aliquid reale quia realiter facit
differre patrem: inquantū patrem a filio: Et tamen paternitas non dif
fert essentialiter a filiatione cum sit idem motus: Sed differt realiter q̄
ille motus habet duos respectus reales: unum ad patrem: alium ad filiū
Patet ergo relationes habere esse aliquid respectū: nō tñ habere esse ali
quod absolutū in quātū relationes: & per cōsequens nō habere essentia:
nec rationē creaturæ: Alia aut oīa p̄dicamēta sunt intētionalia nec sunt
realia nisi prout ista reperiuntur in istis p̄sentibus dictis: Verbi grā: quā
do non differt a tempore uisi secundum intentionem. Vnde si aliquid
est reale idem est quod tempus: ubi similiter non differt a loco nisi secū
dum intentionē actio & passio a relatione: & sic de aliis: Ita q̄ ista præ
dicamenta de se non sunt nisi intentiones: Et si quid sūt reale ul' eēntiale
iam induūt rationē illogæ triū p̄ radicamētoꝝ ul' quantitatē: sicut quā

do & ubi: ul' relationis accidentia sicut actio & passio: ul' qualitatis sicut potentia & habitus. Ex hiis ergo oibus patet qd accidentia habeant essentiam a substantia separatam: licet esse accidentium non sit nisi esse in substantia. De esse ergo & substantia accidentium dictum est



Liber secundus de esse & essentia intentionali siue logicali. X quo autem in superioribus tractatibus de esse & essentia reali aliquid secundum potentiam ingenioli mei pertractavi. Nunc uero de esse & essentia intentionali seu logicali est aliquid pertractandum: & primo in generali. De esse & essentia Capitulum primum.



Intellectus uertens se ad similitudinem cuiuslibet esse & essentia per species presentatas intelligit de ipsis essentis: atq; de esse: Ordinauit ergo secundum modum suum apprehendendi intentionales essentias atq; esse quae quidem sunt fundatae supra res: In quantum enim conuertit se ad similitudinem rerum intelligendo se ipsum intelligit de re extra: quod quidem intellectus potest dici intentio seu intentionalis essentia: Intendendo .n. in se intendit de re extra: Et haec intentio talis sicut patet manifeste habet duplicem comparationem ad animam: primo prout est exemplar animae: nam sicut dictum est de anima conuertit ad similitudinem illius speciei presentatae: & intelligendo se causat in ea intentio quaedam seu essentia intentionalis: quae quidem intentio similitudo est ipsius essentiae extractum uel: Et ex hac comparatione sortitur intentio esse essentiae: habet & aliam comparationem: prout scilicet talis est effectus animae rationalis: quia respiciendo se ipsam efficit talem intentionem ex quo creatur in ipsa intentione esse existentiae: Verbi gratia in homine ueniente. Cum enim homo aliquis a longe uenit: primo per speciem substantiae apprehenditur seu essentia substantiae. Anima ergo primo conuertit se in similitudinem substantiae: & per conuersionem illam apprehendit illum hominem esse substantiam: primo ergo illa intentio est ab anima effectualiter & essentialiter. postea uero spes hominis uenientis magis discernit quia uidet moueri: Vnde anima conuersa ad similitudinem speciei iterum intendit rem illam esse animatam. Et ista etiam intentio habet duplicem respectum ad animam. Iterum autem spes hominis magis appropinquatis multiplicat & ostendit rem illam esse animatam propter motum progressiuum & anima conuertit & intendit: postea cognoscit esse Platonem uel talem hominem. Et hoc est quod dicit Aristoteles primo philosophiae quod cognitio nostra incipit a confusis & ab indistinctis uenit ad distincta cum cognouerit esse substantiam Platonem capram: & sic de aliis: Ipsa conuersa ad similitudinem omnium istorum prout sunt substantiae & uidens se ipsam generat in ipsa quaedam intentionem generalis substantiae quae uo-

eatur eētia & existentia intētionalis substātiæ quæ habet (secūdū q̄ dī
 & tū ē) duplicē respectū ad aīam: scilicet prout est quoddā ab aīa extractū
 & sortit̄ nomē esse: & prout est effectus aīæ etiā sortit̄ nomē existētiæ
 sicut dictū fuit de eētiis realibus p̄ cōparationē ad creatorē: Et idē mo
 dus ē omnino de eētia & existentia intētionali corporis & corporis
 aīati & aīalis & hoīs: Et ideo anima primo ordinauit substātiā ī agni
 tione sua a qua primo īcipit: postea ordinauit corpus: postea corp⁹ ani
 matū: postea animal: postea uero species specialissimas secūdū ordinē
 intētionū ipsius animæ: hoc autē etiā operatur in quantitate & qualita
 te & aliis predicamentis: q̄ quidē p̄ cōparationē unius ad alterū habent
 substētandi modū: & ideo anima similiter intēdit eētiā & esse exi
 stentiæ esse ipsa & etiā eē suppositi: quātūcūque p̄ cōparationē ad subie
 ctū nō habeāt aliquid prāter ipsū: sed de substātia est distinguēdū: Est
 enī substātia secūdū modū & secūdū rē sicut substātia corpus & oīa illa
 quæ sūt ī recta linea p̄dicamēti & substātiæ secūdū modū & nō secūdū
 rē sicut illa q̄ sūt ī recta linea p̄dicamētorū accidētū & genera & species
 eorū quæ habēt modū p̄dicandi in quid: nō tñ realiter sūt substātiæ quia
 nō per se stant: aliæ sūt secūdū rē & nō secūdū modū quia predicāt in
 quale & nō in quid utpote omnes differentiæ substātiæ.

De esse suppositi intētionali. Capitulum secundum.



Cum autē ista intētio seu intētionalis essētia fuerit sic ab
 aīa intētionally causata respiciēdo se ipsā uidēs aīa habe
 re ipsā eētiā quādā uniuersalitātē ad plura supposita: ex
 ista habitudie iterū intēdit & generat ipsa q̄si aliā intētionē
 generis: scilicet uel speciei ul' differētiæ ul' p̄p̄rii ul' accidē
 tis p̄ quā quidē secūdā intētionē illa eētia habilitatur &
 habet in se quādā uirtutē actiuā exercitatā per ipsā aīam p̄ predicationē
 ī plura supposita ex quo ramificet̄ p̄ quā ramificationē generat̄ ī ipsa eē
 suppositi. habet se igit̄ aīa in creaturis intētionabilib⁹ sicut creator: & si
 cut natura habet se in creaturis realibus: Deus. n. p̄ bonitatem suam re
 spiciēdo creauit essētiās reales cū prima materia quæ habent duplicē
 respectū ad ip̄m exēplati scilicet & effect⁹ p̄ quos respectus causat̄ ī crea
 turis realib⁹ eē eētiā & existētiā: act⁹ autē suppositi eorū educitur p̄ ad
 miniculū agentium exteriorū excitantium illam creaturam ut ad plura
 supposita deducatur ut puta tempore temperato per caliditatem tem
 peratam & per constellationem & agriculturam uirtus seu essētia quæ
 est in arbore rosæ deducitur ad plures rosas & ramificatur: Et similiter

aia respiciendo seipsam: quæ ad similitudinẽ sp̃ei p̃sentatæ cõuersa crea-
uit quãdã int̃tionẽ q̃ habet, duplicẽ respectũ ad ipsã. s. exẽplati & c. put
ipsa int̃tio est similis aia cõuersæ ad similitudinẽ illius speciei p̃sentatæ
ex quo sortit̃ nomẽ eẽntiæ i p̃pria natura scilicet int̃tioe: Est enĩ aliq̃d
int̃tiois: & sic aia habet se p̃ modũ creatoris. Inquantũ uero aia cõside-
rat quãdã uniuersalitatẽ in illa essentia int̃tionali: siue quãdã uirtutẽ
reperiẽdi in plurib⁹ q̃d est secũda intentio: & attribuit eã p̃ prædicatio-
nẽ plurib⁹ suppositis habet se per modũ uigorãtis naturæ & excitãtis il-
lã eẽntiã ut in pluribus actibus suppositi deducatur.

De diffinitionibus istorũ esse. Capitulum tertium.

FX p̃dictis ergo patet tria esse intentionalia substãtiæ: sci-
licet esse eẽntiæ existẽtiæ & suppositi. Essentia ergo int̃-
tionalis sic potest diffiniri: Essentia ẽ quãdã int̃tio crea-
ta ab aia ad similitudinẽ ipsi⁹ facta p̃ p̃sentia speciei ali-
cui⁹ eẽntiæ realis: ponitur i diffinitione int̃tio creata ad
differẽtiã increatã ab aia: ponit̃ ad differẽtiã creationis
diuinã: ad similitudinẽ ipsi⁹ facta: ponit̃ ad differẽtia existẽtiæ quæ nõ
respicit aiam exẽplariter sed effectualiter: p̃ p̃sentia speciei alicui⁹ essẽtiæ
realis: ponit̃ ad differẽtiã actus suppositi quia aia sine p̃sentia alicui⁹ spe-
ciei attribuit pluribus suppositis illã int̃tionẽ. Existẽtia uero intentio-
nalis sic p̃t diffiniri: Existẽtia est quãdã int̃tio creata ab aia effectuali-
ter facta p̃ p̃sentia alicuius speciei eẽntiæ realis: & ponunt̃ oẽs cõditio-
nes eadem ratione ut supra: Sed effectualiter ponitur ibi ad differẽtiã
essentiæ. Esse aut̃ suppositi est q̃dam uirtualis intentio per quã dicta essẽ-
tia & existẽtia ab aia est ramificata p̃ plura supposita predicando. Ex
hiis ergo oĩbus patere p̃t q̃ uniuersalia sunt res & quodãmodo inten-
tiones: Sunt. n. res prout sunt quãdã essentia & existẽtia a deo creatæ
quæ habet in se uirtutẽ actiuã per quã excitatæ & uigoratæ educunt̃ &
ramificant̃ per plura supposita: sicut rosã essentia suo tẽpore ramificat̃
per plura indiuidua seu p̃ plures rosas. Et sic cõsiderat de naturalib⁹ ad-
ministratores naturalis: Sunt autẽ intentioes prout sunt q̃dam essentia &
existẽtia ab aia factæ quæ habent quãdã aliã int̃tionẽ p̃ quã ab anima
p̃dicando attrahunt̃ & ramificat̃ p̃ indiuidua plura: Et sic sũt de cõsi-
deratiõẽ logici Istas autẽ uirtutes uulgus phantũ non uidet quia errat
circa modũ aia apprehendendi & intelligẽdi: & sic habet errare circa
eius intentioes & per consequens circa sententias logicales.

De intentione in speciali. Capitulum quartum.



Ed quoniã secundũ q̄ supradictũ est aia supra essentiam
intentionalẽ adhuc intelligit: ex quo generat̄ secunda in-
tentione p̄ quã illa essentia habet naturã attribuẽdi p̄ p̄dica-
tionẽ plurib⁹ indiuiduis: & hoc generat̄ uel specificẽ uel
actualit̄: uel p̄prie uel differentialiter. Ideo de istis secũdis
intentionibus est aliqd̄ p̄quirẽdũ. Ista ergo noia. s. gen⁹ spe-
cies. & c. sig nat noia intentionũ secundarũ p̄ respectũ ad primas. Itaq; nõ
respiciũt nec noiant secundas intentiones absolute sed respectiue ad pri-
mas: Et ideo diffinitiones istorũ nominũ habent tria respicere: ipsam ui-
delicet secundã intentionem: ipsam primã: & ipsa particularia: quibus
mediante secunda intentio prima attribuitur.

De genere Capitulum quintum.



Genus ergo respicit ipsam habitudinẽ generalẽ p̄ quã esse-
tia intentionalis attribuit̄ ab ipsa aia per modũ suũ p̄dica-
cãdi i indiuiduis ul inferiorib⁹: Vnde sic p̄t diffiniri. Ge-
nus ẽ q̄dam habitudo generalis essentia intentionalis quie-
tatiua p̄ quã p̄dicat̄ de plurib⁹ differentibus specie in eo
q̄: Ponit̄ in diffinitione habitudo p̄ genere: nam oēs secũ-
da intentiones seu uniuersalia i habitudie cõsiderant̄: homo. n. nõ semp
actu p̄dicat̄ de hoibus: cui⁹ ratio ẽ quia predicatio seu attributio priã
intentionis ad inferiora habet se p̄ aiam: Anima aut nõ sp̄ actu attribuit
superiora inferioribus: sicut patet: propterea superiora sũt q̄dam habitudies
quã actualr̄ attribui possũt inferioribus per aiam predicantẽ: Generalis
poit̄ i diffinitione ad differentiã aliorũ p̄dicabiliũ: ut puta sp̄i p̄prie &
.c. Sed uidet̄ q̄ actus potius debet dici habitudo generalis: q̄ genus quã
actus p̄dicat̄ de oibus substãtiis & accidentibus: quod nõ facit genus
Nam albũ nõ solũ p̄dicat̄ de aialibus sed etiã de lapidibus & plantis
& aliis rebus: & p̄dicat̄ de coloribus: propter quod albedo magis de-
bet dici genus q̄ aial: Ad hoc aut dicimus q̄ genera dicũt̄ duobus modis
ul pro uniuersaliter: uel pro semp: uel p̄ utroq; simul: si dicat̄ generaliter
quod ẽ uniuersaliter: ita q̄ nõ seper: sic accidẽtia de pluribus & de uni-
uersalibus p̄dicat̄ q̄ aliqua genera: nõ tamẽ p̄dicat̄ seper: quia habi-
tudo illa p̄t remoueri ab illis de quib⁹ p̄dicat̄: prout aut uniuersali-
ter & seper p̄dicat̄ si accipiat̄: inducũt accidẽtia rõnẽ generis sicut ca-
lor & alia genera: Si aut accipiat̄ generaliter pro uniuersaliter & seper
sic genus dicit̄ habitudo generalis & nõ accidẽtia i quantũ talia: Vel di-
citur aliter & melius q̄ poit̄ ibi generalis quasi generatiua: ut dicat̄ ge-

nus a generādo: generat enī ex se differētiās quas potētiāliter habebat: quib⁹ adiūctū generat spēs: & ppter istā duplicē generationem pōt dici generalis habitudo quā nō hnt alia p̄dicamēta. Vnde quātūcūq; differētia generet spēm: nō tñ generat differētiā: qā ipsa ē differētia: & idē nō generat seipsū: Essentia intēntionalis ponit ad differētiā realis: cui⁹ intēntionalis eēntia est intēntio: ponit quidditatiua ad differētiā essentiaē intēntionalis nō p̄dicātis in quid. Vñ de quidditate ē distinguēdū. Est qdā quidditas realis quā hnt essentiaē reales p̄ cōparationē ad illa cuius sunt essentiaē: sicut essentiaē rosā existēs in arbore rosā p̄ cōparationē ad rosas: Et sicut color existens in albedine & nigredine p̄ cōparationem ad ipsa: & ideo dicit quidditatē ipsorū: sed p̄ cōparationē ad subiectū in quo est color nō habent rōnē essentiaē: sed potius accidētis: Ideo p̄ cōparationē ad subiectū nō dicit aliquid: Est etiā eodē mō quidditas intēntionalis essentiaē. Scilicet intēntionalis p̄ cōparationē ad illud cui⁹ ē essentia cōpleta: qā accidēs uel p̄priū nō sūt essentiaē: sed p̄ cōparationē ad subiectū nō dicit qd: nec cui⁹ quidditatē p̄dicabūt: Siliter nec differētia cū nō dicat cōpletā essentiā spēi ponit ergo quidditatē ad differētiā p̄prii: differētiā & accidētis. De pluribus differentib⁹ specie: ponit ad differētiā speciei specialissimā & p̄prii. Diuidūt autē gen⁹ in gen⁹ generalissimū: & gen⁹ subalternū. Genus generalissimū est qd cū sit genus non pōt esse species Cuius rō ē quia accidit primo in cognitionē aīa sicut superi⁹ dictū fuit de hoīe ueniēte: quia primo cognoscit ipsū aīa esse substātiā: habere quātitatē & qualitātē: & postea discernit. Et ideo quia cognitio istorū ē prima: nō subiiciunt eorū intēntiones alteri intēntioni: & ideo fuerūt generalissimā. Genus subalternū est qd cū sit genus p̄ cōparationē ad illa q̄ post ipsū cognoscūt: est tñ spēs p̄ cōparationē ad illa q̄ pri⁹ cognita sūt sicut corpus aīal: & sic de oībus generibus q̄ sūt post gen⁹ generalissimū.

De Specie Capitulum sextū.



Species autē respicit ipsā habitudinē specialē p̄ quā essentia intēntionalis attribuit ab aīa p̄ modū p̄dicādi in quid de suis inferioribus seu singularibus q̄ diffinit sic: Spēs est quaedā habitudo specialis essentiaē intēntionalis: quidditatiua: per quā predicat de plurib⁹ differētib⁹ numero ī eo qd quid ē: specialis ponit ad differētiā generis & aliorū p̄dicabiliū: uidet autē qd p̄priū & accidēs: & differētia ultima spāliter simpliciter predicent de indiuiduis sicut species: sed nota qd specialiter accipit hic p̄ immediate & eēntialiter: unde quātūcūq; accidentia pre/

dicentur immediate de indiuiduis: nō tñ secundū quidditatē: similiter quā
tūcunq; ppriū predicet de indiuiduis nō tñ immediate: sed mediāte spēs: &
similiter differentia de pluribus differentib⁹ numero ponit ad differē
tiā generis quod etiā pdicat de pluribus differentibus specie: Similit ac/
cidētia & qdā differentia: ois aut aliā conditiōes eadē rōne ponūt sicut
in diffinitōe generis. Diuidūt aut spēm in spēm specialissimā q̄ est spēs.
& spēm subalternā q̄ nō p̄cipat diffinitionem dictā: quia solū respicit
superiora de quib⁹ non habet pprie pdicari: tñ dicitur spēs: quia magis
spālis: ul̄ quia nō ita generalis: Vnde spēs subalterna est q̄ cū sit spēs pōt
esse genus. Spēs specialissima ē q̄ cū sit spēs nō pōt eē gen⁹: quia ultimo
puenit ad cognitionē aiā: sicut patet in hoīe ueniente. Et dico ultimo p
cōparationē ad illa q̄ possunt habere secūdā intētionē: Nā secūdū ueri/
tatē singularia & primo & ultimo ueniūt ad cognitionē aiā: hō enī ue
niēs q̄tūcūq; cognoscat q̄ est substātia corp⁹ aiā & hō: tñ illa substātia
cognoscit singulariter & illud corpus aiā & hō finalit̄ cognoscit talis
hō. Nō tñ singularia hnt intētionē secūdā: cñ nō habeant habitudinē
nisi ad se nec possūt multiplicari ita p̄ multa eē suppositi nisi p̄t essen
tia inest illi esse: sicut patet in grano tritici: nō enim esse suppositi grani
multiplicat̄ in multa grana: sed uirtus seminalis seu essentia. Nam esse
suppositi illi⁹ grani destruit̄: & essentia plura esse suppositi recipit quā
sūt diuersa esse illi⁹ grani. Et ideo quia singularia nō habēt secūdā inten
tionē nō pprie cadūt in itellectū logico: nisi prout in eis reperiūtur intē
tionales essentia & eis attribuūtur. Quō uero cadūt singularia in intel
lectū: ista alibi declarauī: Nūc uero ī tātū dictū sit q̄ itellect⁹ logicus est
uniuersaliū pprie quib⁹ possum⁹ (credo) secūdas intētiōes attribuere.

De differentia Capitulū septimū.

Differentia uero respicit ipsā habitudinē defferentialē per
quā eētia intētionalis facit differre rē ab oī eo quod ex
traneū ē: & attribuit̄ eis quibus inest p̄ modū pdicādi in
q̄le Vñ sic potest diffiniri: Differentia ē quedā habitudo
differentialis eētia intētionāl̄ qlificatiua secūdū solū mo
dū pdicādi in q̄le de illis quib⁹ inest. Ad cui⁹ enī maiorē
euidētiā notādū q̄ differentia habet duplicē naturā: facit. n. illud differ
re cui⁹ ē esse ab oī alio: & facit illud idē in se ipso: siue ponit oēm idēti
tatē ab intra & remouet eā ab extra: prout ponit identitatē habet mo
dū q̄dditatiuū: prout uero ponit diuersitatē dicit̄ habere modū qlifica
tiuū: nā tūc nō respicit illud cui⁹ ē eētia nisi p̄ cōparationē ad alia &

fic q̄lificat eū: ut puta eētia rosæ uigorata respicit ipsā rosā p se: & sic p̄/
dicat̄ de ea i qd̄ & respicit eā put facit ipsā differre ab oī altero: & sic ha
bet se p̄ modū q̄litas licet realiter nō sit ibi q̄litas: tūc p̄dicat̄ i q̄le: Et p̄
pter hoc ponit̄ i diffinitōe q̄dā habitudo differētialis eētia intētiona
lis q̄lificatiua p̄ modū ita q̄ nō secūdū rē: Et bñ dicit̄ q̄ p̄dicat̄ i q̄le de
illis quib̄ inest: quia eētia intētionalis put facit differre habet modū
accidētis & inhārēdi: ponit̄ ergo differētialis ad differētiā aliorū prādi
cabiliū: & ponit̄ q̄lificatiua secūdū modū ad differētiā generis & spe
ciei, q̄ dicunt quid: & ad differentiam proprii & accidentis quæ dicunt
quale secūdū rem & modū. De proprio Caplm octauū.



Propriū aut̄ respicit ipsā habitudinē ppriā inhārēdi q̄li
ficatiuā secūdū rē & secūdū modū p̄ quā eētia intētio
nalis pprii accidētis attribuit̄ ab aīa p̄ modū p̄dicādi in
q̄le speciei alicui & suis inferiorib̄ quib̄ inest. uñ potest
sic diffiniri: ppriū ē q̄dā habitudo inhārēdi appropria
ta alicui speciei p̄ quā eētia intētional' alicuius proprii
accidētis attribuitur ab aīa per modum predicandi in quale speciei ali
cui & suis inferioribus quibus inest. De accidente. Caplm nonū.



Accidēs aut̄ respicit ipsā cōem habitudinē inhārēdi q̄li
ficatiuā secūdū rē & secūdū modū p̄ quā eētia intētio
nalis cōis accidentis attribuit̄ ab ipsa alicui subiecto cui
inest p̄ p̄dicatiōē in q̄le: uñ sic pōt diffiniri: Accidēs est
q̄dā habitudo cōis inhārēdi & nō inhārēdi alicui sub
iecto p̄ modū p̄dicādi in q̄le: ponit̄ inhārēdi ad diffe
rētiā generis & speciei: & nō inhārēdi ad differētiā pprii & differen
tia Bene ergo ordinauit intellect̄ ut acciperet duo predicabilia a par
te substātia scilicet genus & speciē: & duo a parte accidētis scilicet ppri
um & accidēs: unū uero qd̄ habet utrūq̄ scilicet differētiā quæ ē realiter
a substātia sed secūdū modū p̄dicādi ē accidēs. Iā ergo cōpleui itētionē
meā i hoc libro & determinauit de natura diuina āgelica cælestiū corpo
rū elemētōrū mineraliū plātāz aīaliū accidētīū & intētionū: Et tractauit
de his aliqñ uia narratōis aliqñ uia p̄batōis: & si forte mi dñe dux aut ti
bi aut alteri aliq̄ i hoc libro posita extranea ul' ipossibilia uideāt̄ iclina
it̄lectū tuū aut eleua ut app̄hendere possis: Ego enī p̄ sensibilia agnouit
plura: & nihil hic posui qui sic sit qd̄ asserueri me p̄basse: Et mlta mira
bilia naturæ sensualiter uidi ad q̄ nullo modo aut uix possunt alii per
uenire: Domino dirigente quem benedicam in Seclā sc̄loz Amen.

Reintegrata ẽ tabula caploꝝ libri restaurati sacri doctoris de aq̃no de
esse & eẽntia: cuius nouẽ potissima diuisiones sũt in pte prima: Secũ/
da uero i se ipsa remanet diuisione ut inferius explicabo: Quare quidẽ pri
ma diuisionũ prima de esse eẽntia creatoris ẽ: cetera uero diuisiones
una post aliã enumerãde sũt ut infra in quarũlibet caplis ppriis ppẽdes.

Prima Diuisione.

Primũ caplm prime diuisionis est de dispositione intẽtionis ipsius san
cti Thomã erga primogenitũ Regis Sicilia. In Karta. ii.

Caplm secundum huius diuisionis prime ostendit per attributa & per
alias demonstrationes & p abnegationẽ (Cũ deus sit sup oia esse) es
sentia creatoris uel causã primã rez creatã. .ii.

Caplm tertiu istius diuisionis demonstrat humanitatẽ diuinã in uerita
te suppositi & essensificantem. .iii.

Secunda diuisione

Incipit secũda diuisione & caplm primũ istius diuisionis de esse & essen
tia creaturarum in generali. .iiii.

Caplm secundũ huius secũdã ptis enumerat diffinitioẽs istoz esse .v.

Tertia diuisione

Incipit caplm primũ tertiã diuisionis de opinionibus circa essentiã sub
stãtiarũ spũaliũ existẽtib inter sapiẽtes & uulgus philosophãtiũ .v.

Caplm secundũ diuisionis huius explicat de icorruptibilitate earũ intelli
gẽtiarũ respicientiũ deũ tanq̃ suũ exemplar. .vi.

Caplm tertiu in hac diuisione ostẽdit q̃ diuinã rones reãles sunt in sub
stantiis spiritualibus differentes. .vi.

Caplm quartũ enumerat de ordine & modo intelligẽdi. .vii.

Caplm quintũ sequentiũ docet localitatẽ substãtiarũ spũaliũ: non itaq̃
in loco materiali sed formali. .viii.

Quarta diuisione.

Incipit quarta diuisione de esse suppositi substãtiarũ caelestiũ corporum
in qua diuisione aperit occultã intẽtionẽ totius libri. .viii.

Caplm secundũ quartã diuisionis querit utrũ forma corpore supercale
stiũ sit esse in quo tractat de imaginibus & formis quã imprimunt in
materia preparata ad magnas uirtutes ideales siue formales probatis
experimentis cõtra normã peripatheticoz. .xi.

Quinta diuisione.

Capitulũ primũ quintã diuisionis enucleat aperte de esse suppositi ele
mentorũ & de transmutatione ipsoꝝ. .xi.

Capl'm secundū dubitando querit utrū elemēta æqualiter sint in mixto
cōcludit cū demonstrationibus alphabetilibus. xii.

Capl'm tertiu hui' quintæ diuisionis alterā questionē assignat dubitādo
utrū actu elemēta uel in uirtute in mixto posita sint. xiii.

Sexta diuifio.

Capl'm primū sextæ diuisionis de corporibus inferiorib⁹ est per expo
sitiouem breuem. xiiii.

Capl'm secundū de esse lapidum assignat. xiiii.

Capl'm tertiu de esse metalloꝝ naturali acquisito a uirtute ideali siue
formali secundū formā ipsaꝝ septē erraticarū ad tantā idealitatē: ut
nomina eorum sint secundū nomē sui formantis. xv.

Capl'm quartū istius sextæ est de esse metalloꝝ artificialiū. xvi.

Capl'm quintū enumerat opus de minerali. xvi.

Capitulum sextum diuisionis sextæ aperit lapidem mineralem planta
talem & animale. xvii.

Capl'm septimū assignat fermēta saturni uel alioꝝ. xviii.

Capl'm octauū assignat reductionē ad solem. xviii.

Septima diuifio.

Capl'm primū septimæ diuisionis de esse plantarū. xviii.

Capl'm secundū de causa indiuiduationis plantaz. xviii.

Capl'm tertiu de uirtute generatiua. xix.

Capl'm quartū de modo generationis plantarū. xx.

Capl'm quintū de uirtute nutritiua & augumētatiua. xx.

Octaua diuifio.

Capl'm primū octauæ diuisionis enumerat eē & eēntiā aialiū. xxi.

Capl'm secundū de esse suppositi animaliu: & utrum sint composita ex
pluribus formis. xxi.

Capl'm tertiu de uirtutibus animæ sensibilis: xxiiii.

Nona diuifio.

Capl'm primū nonæ diuisionis de esse & essentia accidentiū xxiiii.

Incipit secundus liber.

Capl'm primū libri intēctionalis de esse & essentia intentionali siue lo
gicali. xxv.

Capl'm secūdu de esse suppositi intentionali. xxvi.

Capl'm tertiu de diffinitionibus istoꝝ esse. xxvi.

Capitulū quartū de intentione in speciali xxvii.

Capl'm quintum de genere. xxvii.

+

Capitulum sextum de Specie.
Capitulum septimū De differentia.
Capitulum octauū de Proprio.
Capitulum nonū de Accidente

xxvii.
xxviii.
xxviii.
xxviii

Opusculi huius sacri uidelicet doctoris Aquinatis de
esse & essentis Impressione Ioānis Lucilii santri/
tor de fonte salutis: & Hieronymi de Sanctis
Veneti sociorum. Impensis quoq; munificētis
finis generosi uiri Francisci Bolani olim
Candiani splēdidissimi oratoris: patri
tū quoq; Veneti foelix impositus est.
finis. xix. kalendas Martii Anno
salutis. M. cccc. Lxxxviii.
Venetiis.

XXVII
XXVIII
XXIX
XXX

Capitulum de...
Capitulum de...
Capitulum de...
Capitulum de...

Capitulum de...
Capitulum de...
Capitulum de...
Capitulum de...
Capitulum de...
Capitulum de...
Capitulum de...
Capitulum de...
Capitulum de...
Capitulum de...

